DE LA LIBRERÍA
DEL
CONDE DE TORENO
E.—11— C.—2—

NA 1102628
MEA 1634120

# INSIGNIA

## GENTILITIA PRINCIPALIS

Vitorum Familiæ quæ extat adhuc in Anglia, & Hybernia, Vitus Anglicè Vvhyte, moderno idiomate, antiquo verò Vvhyte, vel Vveight, idem eſſe dicitur: nomen eſt Saxonicum.

DON JVAN ALPHONSO DE GVERRA y Sandoval, Cavallero Profeſſo del Orden, y Cavalleria del Señor Santiago, Chroniſta Mayor de la Sacra Orden, y Religion de San Juan; Rey de Armas, y Chroniſta General del Rey nueſtro ſeñor Don Phelipe Quinto, Rey de las Eſpañas, en todos ſus Reynos, Dominios, y Señorìos; certifico, y hago fee à los que la preſente vieren, como he viſto, y reconocido los inſtrumentos, titulos, y demàs papeles, que adelante

vàn inſertos, los quales me entregò, y puſo en mi po-
der, para efecto de verlos, reconocerlos, y juſtificarlos,
aſsi por Hiſtorias originales, y otros inſtrumentos,
que pàran en mi poder, y Archivo del cargo de mis em-
pleos, la parte de Doña Ana de Vvhit, muger legitima
de Don Julian de Ocallaqhan, Brigadier de los Reales
Exercitos de la Mageſtad Catholica del Rey nueſtro
ſeñor Don Phelipe Quinto, Governador que es de Ba-
laguer: Y de ſus hermanas Doña Catalina de Vvhit,
muger de Don Antonio Sartine, Cavallero de la Or-
den Real, y Cavalleria de San Miguèl: De Doña Vni-
freda de Vvhit, muger de Don Antonio Alvarez de
Bohorques, Cavallero de la Orden de Santiago, y Co-
mendador en ella de Mohernando, Mariſcal de Cam-
po de los Reales Exercitos de ſu Mageſtad, y Ayudan-
te Mayor de Guardias de Corps, Governador de Ca-
diz: De Doña Maria de Vvhit, muger de Don Thi-
mon Connoc, Brigadier de los Reales Exercitos de ſu
Mageſtad, y Exempto de ſus Reales Guardias de Corps:
De Doña Thereſa de Vvhit, muger de Don Guiller-
mo de Lacy, Coronel del Regimiento de Infanteria
Irlandeſa de Vltonia: Todas cinco hermanas, y hijas
legitimas de Ignacio de Vvhit; exihibiendome todos
los inſtrumentos, que adelante vàn mencionados, y el
Titulo de Varon de Albi, por el Emperador Maximi-
liano; el de Conde, y Marquès de Albeville, por el
Emperador Leopoldo. Todo lo qual he reconocido, y
hallo ſer cierto, y verdadero; y aſsi lo ateſto, y certi-
fico; y el tenor de dichos inſtrumentos es el ſiguiente:

## IN VICTORVM INSIGNIA.

*An.49.* Accipe Iutarum pro avita inſignia paucis,
quæ meritùm referent, Gentis Equeſtre Decus;
*Ven. Bea* Quod ſecum adduxit Populus Germanicùs olim,

Se-

l.1.c.15. Hiſt. Eccl. Ang. Sedibus emigrāns, dùm ārua Britānnā petit:
Anglos Engiſtus, prædurùs Viribus Orſes
Iùtas conduxit, Saxones ambo Dùces:
Cantia terra Oriens Anglis, datùr Aùſter Iùtis;
Inſulaque ipſorùm proprìa, vectis erat.
An.495. Cerdicus Arcturo, quam helligerando recepit;
Et tota Occidui cum Regione Soli.
Vitegaroque ſuo Vectim dat habere Nepoti,
Intaſque in Vitos tranſtulit ipſe ſuos.
Nattio Vitorum Occiduis tùnc floruit oris,
Oppoſitis vecti, finitimiſque locis:
Splendidùs Argento quorùm micat vndiquè Campus,
Erminio circùm limite, ſeptùs ager,
Indentata triquetra cui ſunt Mænia ſeptem
Turriculis quadris, fixa colore Rubro;
An. 877. Donec ad Alfridi Regnum pervenerit, à quō
Propter opùs belli, ſcùta Leone vigent;
Aureùs expanſo, qui parte per ambulat vnguè
Cœruleo in Rubro ſuperiore quàdro:
Proxima pars Scuti eſt argentea, clara dùabus
Rubris, ſed quarùm eſt aurea gemma Roſis;
Illius in medio Roſa figitùr alba metalli,
Attamen argenti ſicut vterquè Draco;
Qui pedibus ſtantes erècti Inſignia portant;
Saxonicæ pugnæ rebora priſca ſuæ:
Et ſuper hæc Caſsis micat auro: argentea cuiùs
Vertice ſtat ſummo conſpiciendus equùs:
Ac ventis circum volitant argentea Vela
Ermynijſque notis tincta Rubroque lita;
Deniquè militiæ verbum ſonat Ardua Virtus,
Diſcite Saxonico ſubdere colla iugo.

VENERABILIS BEDA DE HISTORIA Eccleſiæ Anglicanæ, libr. I. cap. 15.

An. 400. Anno ab Incarnatione Domini quadragenteſsimo nono Marchianus cum Valentiniano quadrageſsimus ſextus ab Auguſto Regnum adeptus ſeptem annis tenuit; Tùm Anglorum, ſive Saxonum Gens, invitata à Rege Vortigero; Advenerant autem de Tribus Germaniæ populis fortioribus; id eſt Anglis, Saxonibus, & Vitis; de Vitorum origine ſunt Cantuarij, & Vectuarij; hoc eſt, ea Gens, quæ Vectem tenet Inſulam, & ea quæ vſque hodie in Provincia Occidentalium Saxonum Vitorum Natio nominatur, poſita contra ipſam Inſulam Vectem. De Saxonibus, id eſt à Regione, quæ nunc Antiquorum Saxonum cognominatur, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones; porrò de Anglis, hoc eſt de illa Patria, quæ Anglia dicitur, & ab eo tempore vſque hodiè, manere deſertus inter Provincias Vitorum, & Saxonum perhibetur Orientales Angli; Mediterranei Angli; Mercij tota Nordhumbrorum progenies, id eſt illarum Gentium, quæ ad Boream Tumbri fluminis inhabitant, cæterique Anglorum populi ſunt Orſi; Duces fuiſſe perhibentur eorum primi duo frates Hengiſtus, & Horſus, erant autem filij Vvergiſsi, cuius pater Vecta, cuius pater Voden; de cuius ſtirpe multarum Provinciarum Principes, & Reges originem duxerunt.

POlidor. Virg. Vbi natis in libro ſuo de Hiſtoria Angliæ dicit, Saxones Hengiſto, & Horſo duo fratres erant, ducibus Inſulam petiverunt, fuit is annus ſalutis humanæ cccclxix. Vortigerio Rege Britonum- & Saxones, Intas, vel Vitos, & Anglos tres Germaniæ Populos ferociſsimos vna veniſſe, & à Iutis, vel Vitis, Ortos Cantuarienſes, atque eos qui hodie Vectem Inſulam incolunt, ac contra ipſam ſunt.

Vi,

*Speed in ſuis Cro. fol. 225.*

VItegarus cuius erat Inſula Vectis, erat Nepos huius Hengiſti, & Horſi fratris, & erat primus, id eſt præcipuus, Vitorum; Anglicè vocatur Vvhytegar, & Vvhitgar contractionis, vel brevitatis cauſa, ſubiugavit Britanos ibi habitantes, & victoriæ locus vocatur, etiam hodiè Vvhitegarbrig, Latinè Vitegatium; vocabatur etiam Rex Inſulæ Vectis, & ſepultus erat in Civitate ſua Vitegaro, Anglicè Vvhitegar.

*Camdenus de Inſula vectis, pag. 823.*

NIſi ſentio prætereundum non eſſe reor, quod in primitias eorum, qui de eadem Inſula credendo, ſalvati ſunt duo Reges pueri fratres, videlicèt Arnaldi Regis Inſula ſpeciali ſunt Dei gratia coronati: ſiquidem immentibus Inſulæ hoſtibus fuga lapſi ſunt de Inſula, & in proximum Vltorum, vel Iutarum Provintiam tranſtulit.

*Idem Camden.*

SAxonum primus Hengiſtus iuris hic fecit, Inſulam Vectis conceſsitque Stuffæ, & Vvhitgaro, nepotibus, qui Britanicos Incolas (pauci enim ſuperfuerunt) ad internetionem ſuſtulerunt in Vvhytgaraburg, ab eo ſic dicto nunc Caresbrok contractè vocatur.

*Florenti. Vvigor.*

HEngiſtus erat ſine dubio Princeps clariorum Saxonum natus Angriæ in Vveſtphalia, vbi ad huc vſque diem videtur locus ſuo nomine vocatus, Hengiſterholt, & ab eo Nobilisſimæ, & Potentisſimæ Familiæ Saxoniæ Principes deſcendunt.

*Cratzius, mag. Antiqui Germ.*

OMnia hodiè nomina monoſyllaba Anglicè ſunt vocabula Saxonica, & omnia nomina Familiæ; quæ ab animalibus, & à coloribus deribantur, ſæpiſsimè vſitatum à clarioribus, & antiquiſsimis Germaniæ Nobilibus ante Nativitatem Chriſti, & hæc ipſa nomina ad huc vſque diem retinentur ab Anglis,

qui

qui à Saxonibus deſcendunt; videlicet, Leo, Vulpes, Equus, vt Hengiſt, & Horſa ſignificant; equum, & hodiè equus, dicitur Anglicè à Horſe, & Germanicè, aut verius Saxonicè, equus, dicitur Hengiſt; & Rex Vvhytekindus ſic agi nominatus à pulchritudine coloris, id eſt puer albus.

*Heli. Geogr. in Saxonia.*

INveniuntur in Saxonia adhuc vſque diem multa loca eiuſdem nominis, quæ ſunt in Anglia, Britanica, & ab Anglia in Germania ſic vocantur; Anglia enim, & Iutlandia à Iutis, aut Vito (ju, vel V. Saxonicè ſcribuntur indifferenter) & Vvaſtphalia, & Friſia, & Rhegnum flumen antiquitus poſsidebant Saxones; in Saxonia; & Iutlandia multi loci nominantur, Vvhyteland, & Vitedland.

IN Anglia etiam noſtra Britanica, & in Hibernia multi loci, caſtra, & Oppida denominantur Vvhytes Tovvn, Vvhyte Caſtel, Vvhytes Court, & diſperſa in varijs Regnorum Provincijs, & ab incolis Inſulæ vectis, vocatur hodiè Vvhytesjland, vel Thejland, ob Vvhyte, & non cum ſcribitur Vveight, quamvis multi antiqui Cronigiſtæ dicunt, idem eſſe nomen.

PRimi, & præcipui huius Familiæ tranſierunt, ex Pembrockshier in Hyberniam à primo Anglorum ingreſſu, regnante Henrico Secundo, quinque ſunt ſæcula, cum multis alij; viris Nobilibus Angliæ, & Vvalliæ ad conquæſtum Regnis Quorum pater eo tempore fuit Iuſtitiarius, vel Proconſul Provinciæ, Southvvalliæ, Regnum etiam vocabatur; apud Simonem de Durham, & Ioannem Guerſden, Authores eiuſdem æui videtur carta amicisſima Regis Henrici Secundi, ſcripta Latinè Ethelberto Vito, Iuſtitiario noſtro Southvvalliæ, &c. & mandata Regis Anglicè, ſcrip-

ſcripta erant To, &c. Etherbert Vvhyte, &c. Iuſtitiarij conſtituti erant ab ipſomet Rege Henrico Secundo ad conſervandam pacem, & iuſtitiam vniverſis, & ſingulis exhibendam, vt Propretores, & Proconſules olim apud Romanos ſummo cum Imperio in Provinciam miſsi; & inveni ex Archivis Hyberniæ à primo Anglorum ſub Henrico Secundo ingreſſu vſque ad Edvvardi tertij tempora, Iuſtitiarij Hyberniæ, quos Proreges hodiè Latinè dicimus, dicti erant, qui Titulus honoris eſt pleniſsimus, vt Camdenus etiam veriſſimè denotat in vita Reg. Eliſabethæ.

IN Libro quem ſcripſi de antiquitatibus Hyberniæ, vocavi eos, qui ſunt Familiæ Vitorum, Vitæi, & nominantur Latinè à Camdeno Vvhiti, ſed ambo erravimus; nuper enim inveni hic Londini, eos ab omnibus antiquiſsimis Scriptoribus, & ab eruditiſsimis, Vniverſitatum noſtrarum, & huius temporis doctiſsimis Authoribus, vocari, & nominari Viti.

SVmma cum iuſtitia, & veritate inter Familias Illuſtriores, Anglicanæ originis per Hyberniam Sparſas collocantur Viti, vel Vvhyti à Camdeno; Clariores dicit cum eadem veritate, quæ ſuperſunt Familiæ in Comitatu de Kildar, ex Anglia etiam ſtemma deducunt, ſcilicèt Cugani, de lahide, Vvhiti, verius Viti, Aimeri, Vvalshi, Sultoni, Baiſeles, &c. de Hybernia, fol. 649. in Comitatibus de Dovvn, & Arglas, hic Ruſelli, Audlai, Vvhiti, & qui poſtremo advenerunt Bagnelli ex genere Anglico, inter feros, & feroces Hybernicos, à maioribus hac in parte quæſita non ſine periculo ſtrenuè propugnant, fol. 677. & de Comitatu Arglas, Butleri, Ruſelli, & Vvhiti, & alij ex Anglicana origine Agros à maioribus partos ſtrenuè conſervant.

MIhi ſanè nota eſt hæc veritas, & quam plurimi viri Nobiles huius Familiæ Vitorum, Sparſi in Hyberniæ Provincijs, nempè in Vltonia, Llagenia, Conacia, & Momonia, cogniti ſunt; ex eo tempore, quo ſecretioris Conſilij Senator in illo Regno extiti, qui optimas habent facultates, viunt ſplendidè, & ad totius Regni primates pertinent; Inter primos Dominus Nicholaus Vitus, Anglicè Vvhyte, eques per antiquus, qui propè Dublinum facultates habet non contemnendas Domicilium autem vſque adeò nobile, & ſpecioſum, vt nullius Europæ cedat habitaculo; Hic eques celebris Primarijs omnibus Vltoniæ, Lageniæ Provinciarum nobilibus, affinitate coniunctus eſt, & præcipui Regni optimates, vel ſuperior Nobilitas, quæ Anglicè vocantur Mylords cum filiabus eius matrimonia conſtruxerunt, quarum pulchritudo, educatio, & corporis elegantia vſque adeò eminent, vt nullius planè cedant in nativis hiſce familiæ ſuæ dotibus, iuſque ad quatuordecim Mylords connubijs, vel ſanguine attingit hæc clara familia, & aliquos ex Illuſtrioribus Angliæ.

ET quoniam mihi cum ſupradicto Equite Nicholao Vito, dum viveret particularis interceſsit neceſsitudo, amicitia motus, atque etiam viventis adhuc inſtantia, & præcibus ſuſcepi laborem iſt hæc colligendi, iniunxit mihi præterea, vt ſeperatim quidquid de genere ſuo in Hybernia, & in Anglia, de ſuo nomine, & familia, ſive in regiſtris; Archivis, ſive in libellis ſupplicibus, ſive quovis alio modo authenticè inventum, diligentiſsimè notarem; hæc morientis mandata cum eandem apud me vim habeant, ac ſi eſſent viventis pronuncio: Vivens adhuc mihi narravit, ſanguine, nomine, & affinitate familiæ ſuæ ſibi proximiorem eſſe Dominum Dominicum Vitum, Equitem per antiquum, in Provincia Momoniæ viventem Do: Chriſti-

næ

næ de Bourgò matrimonio coniunctum, cuius Maiores non minùs ob divitias, affinitates, Vitæ provitatem, & Hoſpitalitatem, quam propter optimam in terris externis educationem fuerunt inſignes; quandoquidem eius Avus cum prole maſculina hæreditarij imperij equites in æternum duraturi fuerint creati; & omnes eius poſteri, tùm viri, tùm fœminæ; Barones, & Baroniſæ Imperij Germani, in æternum haberentur Auguſtiſsimo Maximiliano primo Imperatore, ſic deſcernente diplomatè ſuo dato Tornaci die 26. Septembris, anno 1513. propter virtutem eius bellicam, & ſingularem Militum conductum dum illic militaret ſub auſpicijs Regis ſui Henrici Octavi, Angliæ Regis; quemadmodum alius nobilis Anglus nomine Curſon, eodem tempore creatus fuit etiam Baro Imperij, & vterque conſenſu Regis Henrici Octavi (ſine quo nullus honoris titulus ab exteris Regibus collatus nullius eſt momenti in Anglia, & Hybernia) hic vt nempè Curſon aſcriptus fuit inter numerum Magnatum Angliæ mandato Regis, & virtute eiuſdem diplomatis; alterum Imperatorem in Germaniam dieu fuerit proſequutus in Bellis ab eo ſuſceptis, tandem Regnante Regina Eliſabetha, tàm annis, quàm laboribus belli onuſtus in Angliam reverſus eſt, eodem planè tempore, quo Regina invehebatur, & conijciebat in carcerem quotquot abſque ſuo particulari conſenſu, externos titulos admittebant; Contentus inſuper quieſcere ampliſsima Avo conceſſa privilegia penitus neglexit, cumque ſucceſſor proximus Bartholomæus Miles, & adoleſcens non dudum matrimonio coniunctus, è vinis exceſsiſſet relicto ſupradicto Dominico Equite admodum parvulo, qui cum ad annos diſcretionis adveniſſet, invenit paterna bona, & facultates longa parentum ſerie ad ſe devolutas, Tutorum in curia, malitia, & impia avaritia, vſque adeò exhauſta, plurimiſque facultatum ſuarū ſubductis ſcrip-

turis

turis, vt Magnus Straffordiæ, Comes Hyberniæ Pro-rex indignitate rei motus eos ad ſcripturas occultatas producendas impleverit; hac de cauſa Lis non minùs moleſta, quam prolixa fuit incapta ad annuos reditus recuperandos, dumque in Proregis præſentia Lis ageretur inter alia ſcripta Imperatoris Maximiliani diploma fuit productum, & ſuæ Excellentiæ Imperio adamuſsim à me diſcuſſum. Qui niſi vrgentibus fatis in Angliam diſceſsiſſet cum ad omnia maiorum ſuorum bona proculdubio reſtituiſſet; quod ex eo colligitur, quod in Concilio dixerat indignabondus, ſe nunquam vidiſſe, nec audiviſſe talem pupillo illatam fuiſſe iniuriam, ſeque omnem adhibiturum diligentiam, vt aut inter Angliæ, aut Hyberniæ Magnates aſcriberetur intuitu huius diplomatis ſibi Regis ſui conſenſu, conceſsi.

HÆc inſignia Gentilitia in hac paginadepicta, ex antiquiſsimis Familiæ ſcriptis, productis coram Prorege, depromſi, quæ etiam vidi dum Hyberniæ antiquiores quoſque libros, & curioſiores codecillos diligentius evolui; inveni, & in Anglia, præſertim circa Inſulam Vectis in antiquis Caſtris, & Cœnobijs quondam Monochorum.

PLures tamen huius cognomenti in Anglia, & Hybernia non eiuſdem Stematis, nec eiuſdem ſunt qualitatis, nec ijſdem poſſunt vti inſignibus; præſtantioribus ſolummodo hæc conveniunt: Familia, ex qua ortus eſt Ioannes Vitus Baſinſtochij in Anglia, Epiſcopus Vvintonienſis, Chancellarius nobiliſsimi Ordinis Garteri à ſecretioribus Concilijs Mariæ, & Eliſabethæ Reginarum, ſed poſteà in carceratus à Regina Eliſabetha Romanæ Religionis cauſa anno 1560. dat hæc eadem arma gentilitia, quæ ſunt ſuprà de picta.

Hæc collectio facta eſt Londini 1657. à Iacobo Vvaræus, equite aurato, & à ſecretioribus Concilijs Caroli primi Regis in Regno Hyberniæ.

NOS

# NOS COMES STRAFFORDIÆ, BARO DE Vventvvorth, Prorex Regni Hyberniæ, à Cubiculis, & à Conſilijs Sanctioribus CAROLI Primi Regis Angliæ, &c. Nobiliſsimi Georgiani, Ordinis Eques, &c.

CVM Nobilis Adoleſcens D. Andræas Vitus Anglicè Vvhithe decreverit, & Patriæ, & Nobis, vale dicere, ac iam in procinctu ſit, vt ſeſe maritimo itineri committat, ad imbibendam apud exteras nationes dignam Illuſtribus ſuis Natalibus educationem, atque vt per id ipſum ad Regis ſui; & Patriæ fideliſsimum obſequium (ad Illuſtrium Maiorum ſuorum exemplar ſeſe idonəum reddat) Nos ad inſtantiam; & requiſitionem Excelentiſsimi Herois, Comitis de Clanrickard, illius tàm ex paterna, quàm parte materna conſanguinei, prout ad aliorum Magnatum (quibus etiam eſt conſanguinitate propinquus) petitionem haſce patentes teſtimoniales litteras ei lubenti, & æquo animo conceſsimus; in eum nempe finem, vt in omnibus Regionibus, & quocumque locorum devenerit, pro Nobili, antiquo loco nato, & Equeſtri in primis Domo oriundo agnoſcatur, & honoretur.

Declaramus itaque, & notum facimus Illuſtris huius familiæ nomen Stemmaticum, vt ex Veteribus hiſtorijs,

& Annalibus patet, à Saxonibus quondam originem ſumſiſſe, & cum iiſdem Saxonibus primitivis deveniſſe in Anglam anno 429. ac deinde provt per Normannorum invaſionem in Angliam, omnes eiuſdem Ditionis Incolæ omnino fuere devaſtati, oppreſsi, Bonis omnibus Spoliati, atque ita funditus deleti, nonnulli ex hac Illuſtri Familia (cuius aliqui Rami adhuc extant in Anglia) conſultum habuerunt cum multis alijs Nobilibus, Excelentiſsimum, & Potentiſsimum Comitem de Strongbovv, Mareſcallum Angliæ Supremum, ad conqueſtum huius Regni comitari, à quo tempore hæc familia magnam vetuſtatem, nec minorem venuſtatem præſefert, idemque nomem per omnes huius Regni Provincias, & dictiones numeroſum, & latiſsimè extenſum adauctumque evaſit, verum illud vnum notandum duximus non omnes omnino Domos, & Familias idem nomen Stematicum habentes, eſſe eiuſdem originis, nec eadem cum hac familia, de qua tractamus, geſtare Inſignia.

Primus itaque huius nominis VITI, vel VVHYTE, qui in conqueſtu huius Regni adfuit, ex ipſa Illuſtriſsima, & Potentiſsima Domo dicti Comitis de Strangbovv, Supremi Angliæ, & Normandiæ, Mareſcalli connubium traxit, copias proprijs ſumptibus inſtruxit, ac vnus ille fuit, qui ipſi Comiti nè ſe Regem Hyberniæ proclamari ſineret, Sapientiſsime diſſuaſit, quare etiam à Rege Henrico Secundo titulo Equitis donari, & honorari meruit, quia dignitate tunc temporis nulli, niſi Principes, ac Primarij Magnates, & proceres donabantur: Inſuper ob prudentiſsimum datum Conſilium, pro ſumptibus expenſis, & pro fortiſsimi animi geſtis, tàm ab ipſomet Equite, quàm ab ipſius fratribus in conquæſtu huius Regni, illis ampliſsimas ditiones, decoraque Dominia contulit adeò, vt per totum Regnum, hæc familia ſit, ita diſperſa, & ampliata, vt in hodiernum

vſque

vſque diem ſplendidiſsimas poſsideat opes, & divitias, ampliſsimâ cognatione Nobiliſsimos Regni attigi, & multæ habitationes Caſtra, & oppida Inſignis, & vetuſtæ huius Familiæ VITORVM nomine clarent.

Cum igitur pauco ab hinc tempore totas Regni Provincias perluſtraverim, Nobilium originem; & Annales in ijs domicilium tenentium percurrerim deprehendi ſanè hanc Nobilem Familiam, à quo tempore in eodem Regno Sedem poſuit, temporis ſucceſſu pulcherrimas, ex ſe propagines diffudiſſe, qui in bellis, tàm exteris, quàm civilibus adeò egregiam navarunt operam, vt exinde æternam gloriam laudemque ſint adepti, quin imò per hæreditariam vtrique ſexu in hac familia eximiam corporis famam venuſtatemque omnes ex ea deſcendentes omnium admirationem, & amorem conſequi: de Hoſpitalitate, & liberalitate in omnes huic etiam familiæ, velut hæreditariè innata ſatis ſuperque conſtat, quippè, quod non pauca eius exempla à brevi elapſo tempore in ipſis Ædibus Equitis Dom. DOMINICI VITI, Patris huius Iunioris Nobilis, quem exhibemus advertimus, qui ipſe Eques in hoc Regno Illuſtris huius VITORVM familiæ Caput eſt, & anteſignatus, prout Illuſtris Domina Chriſtina de Bourgo: eius coniux, vna eſt exprimaria Regni familia Comitis de Clarichardiæ, & Baronis de Caſtellconell originem trahens, atque ex vetuſtiſsima, & excellentiſsima proſapia, quæ per totum latè Regnum numerari poſſet, & quæ Regibus noſtris affinitate coniuncta eſt genus ſuum deducens.

Et quamvis hic idem Eques Dom. DOMINICVS VITVS in hoc Regno non niſi vetuſti Equitis titulo gaudere fruique poſsit, vtpotè vſu, & conſuetudine Regni vetitum, ne quis ſubditus titulo vllo, vel dignitatis, aut honoris gradu fruantur à Rege, aut Principe externo collato (illo Equitis excepto) ita tamen indu-

bi-

bitate conſtat, & veriſsimum eſt hunc ipſum Illuſtrem Equitem D DOMINICVM VITVM, Patrem huius Nobilis Iubenis D. Andreæ Viti, omneſque eius poſteros, maſculini ſexus ex eo in infinitam deſcendentes, & deſcenſuros titulo Equitis, & Baronis Sacri Romani Imperij eius Abavo, per diploma ab Invictiſsimo glorioſiſsimoque Cæſare Maximiliano primo gaudere, vti, & frui in perpetuum poſſe vti: etiam iure meritò, & de iuſtitia illis competit honor ſeſsionis inter ipſos Regni Illuſtres Ordines (vt mihi paret) quandoquidem ipſo Rege Henrico Octavo conſentiente, & ita iudicante, eo, ſint admiſsi ob virtutes militares, & fidelem, operam in prælijs, & obſidionibus, in præſentia ipſius Regis, & Imperatoris præſtitam prout alius quidam Nobilis è numero fideliumRegis ſubditorum nomine Robertus Curſon, & eodem tempore Baro Sacri Romani Imperij creatus, & in Ordine Illuſtrium Baronum Regni Angliæ, connumeratus, & condecoratus fuit.

Verum per diſquiſitionem, quàm ſedulò fieri curavimus depreheuſum, quod hic ſupra nominatus Abavus poſtquam Imperatorium Exercitum eſſet ſecutus, nec in Patriam redux eſſet ante Regnum Reginæ Eliſabethæ (glorioſæ memoriæ) plenuſque annorum, & extremæ ſenectutis, eodemque tempore quo Regina contra Subditos exclamaret; ne quis ſubditorum à Rege, vel Principe extraneo vllos titulos, vel honorum, aut dignitatum gradus acciperet, quieti paci, quæ ſe dederit, & quod ſuceſſores ſe domi tenentes huius tituli; & honoris à Cæſare conceſsi flocci facerent; donec tandem omnium Nobilium totius Regni Hiſtorias, & originem percurriſſem.

Cum itaque Prænobilis, hæc familia Illuſtreſque Parentes Nobilis huius Tironis, nobis ſint apprimè noti, omneſque familiæ Prædeceſſorum ipſius, ſivè maiorum, tàm ex parte paterna, quàm materna, nec

mi-

minus nobis conſtent Illuſtria matrimonia ab ijſdem ſemper vtrobique contracta in hoc ipſo Regno, certificamus, atteſtamus, & declaramus omnibus ad quos ſpectavit quorumque aliquando intererit, præſentem hunc Iuvenem Nobilem dotatum eſſe, & ornatum qualitatibus omnibus à natura, aut natalibus requiſitis, vt vbique locorum quo ipſe, vel fratres ipſius devenerint, pro veris, vetuſtis, & inſignibus, Nobilibus, digniſque, qui ad qualiſcumque Equeſtris Ordinis in Europa ordinati dignitatem admitti poſsint, habeantur, reputentur, & honorentur, digniſsimoſque illos iudicamus, qui omni Illuſtri munere, ad quod antiquiſsimi Clariſsimique Stematis Heroes promoveri ſolent, fungantur. Datum in Palatio Dublini, 25. Decembris. Anno Domini 1639.

STRAFFORD.

Et appoſitum erat ſigillum Proregis in cera nigra.

Ad mandatum Excellentiſsimi Domini Proregis.

G. SLENGSBY.

NOS EDOMVS LIMERICENſis Epiſcopus, Dominicus Fanning, Limericenſis Ciuitatis Prætor, & Ioannes Halæus Recordator, cum alijs è Senatu ampliſsimis viris infraſcriptis, fidem facimus, & declaramus, per ipſos Regni Annales, & per antiqua monumenta dilucidè conſtare, quod inter Illuſtres, & equeſtri Ordine decoratas Anglorum Familias, ex quo primum intra ſepta ſui Imperij in hoc Regno Hyberniæ fundamenta poſuere; hæc clara, & equeſtris Familia Vitorum, Anglicè Vvhyte, vel Vvhyte in primis ſit annumeranda: atque ex hac ipſa (per tot iam continuas Illuſtres generationes, & progenies in verò zelo Orthodoxæ Fidei Catholicæ Romanæ conſtantiſsimè permanentes, & ex legitimo ſemper thoro procreatas) Familiam DOM. DOMINICI VITI, per antiqui Equitis veriſsimè, & indubitanter deſcendiſſe claro conſtat; cum igitur inſignis, & vetuſta hæc equeſtris Familia in diverſis Provincijs, ac per totum Regni ambitum per multa, & ſplendida Dominia, & feuda; ac poſſeſsiones, & ditiones ampliſsimas, ſibi acquiſijſſet; quæ ad hunc vſque diem Familiæ nomen geſtant; continuò etiam, atque ſine vlla interruptione, cum Illuſtrioribus, & antiquiſsimis totius Regni Familijs, & Proſapijs ſacro connubiali Vinculo fuit alligata. Ac deindè, vt generoſitatis ſplendor ſemper augeretur; ea ſemper laude, & honore viguit, quod inter medios opulentiarum, & opum cumulos, per mediam divitiarum affluentiam, etiam continuò in omnes, hoſpitalitatis inſignem titulum meruerit. Quare nec defuit ſuper hanc vetuſtam, & equeſtrem Domum cœlitus demiſſa benedictio; non defuere promiſſa fidelibus præmia, quippè quod in maſculo ſexu

(præ-

(præclarum ſanè ſupernæ felicitatis ſpecimen, & apud ipſos Reges, & Orbis Principes optandum) per bellos ſemper, ac formoſitate, & ſerenitate vultus conſpicuos viros protulerit, qui poſt modum inſignè illud acceptum à natura decus generoſo Marti dicato animo in bellis, tàm exteris, quàm inteſtinis pulcherrimè exornarunt. Deindè ſi in viris martialibus animi robur ad formoſitatem vultus, & corporis accedat innatam, & hæreditariam fæminei ſexus, huiuſce equeſtris, & claræ ſanè Familiæ pulchritudinem rerum omnium pulcherrima virtus condecorat.

Specioſa, & elegans huius Vrbis Limericenſis ſituatio, aeris eiuſdem amœnitas, grataque ad diſtincta locorum adjacentium, & celeberrimi Senani fluminis varietas, lenitaſque, occaſionem, & anſam Illuſtribus huius generoſi Equitis Maioribus dederunt, vt inſigne in eadem Vrbe Domicilium conſtruxerint, ac varijs deindè ducentorum annorum ſerie ſplendidis ædificijs Vrbem adauxerint, adeò, vt duæ, ex trinis partibus Vrbis ad illos hæreditatio iure ſpectaverint, inſuper, & varia dominia opulentaſque ditiones, circum circa Vrbem, ac per totam Provinciam eodem tempore poſſederint; ita, vt in maximis opibus, & divitijs; non ſolum in hac Regni parte, ſed in alijs Provincijs vixerint; luxum, ſplendorem, & hoſpitalitatem particulariter erga Nobiles, ac præſertim extraneos oſtenderint; liberalitatem erga Prælatos, Deoque Sacratas Familias, & charitatem erga egenos, & pauperes, profuſsè exercuerint: Et hic ipſi inſignis Equis D. Dominicus Vitus, tametſi Prædeceſſorum, Illuſtriumque maiorum ſuorum bona non integrè adhuc poſsideat, eandem tamen hoſpitalitatem veluti Familiæ ſuæ planè hæreditariam inceſſanter colit, prout toto Regno clarum eſt, & manifeſtum; cuius rei exemplum non exiguum dabit, Magnus ille Straffordiæ,

Comes huius Regni Prorex digniſsimus; qui Illuſtriſſima, & numeroſiſsima omnium Procerum, & Nobilium totius Regni turma ſtipatu in ſuo per Regni Provincias itinere ad magnitudinem ſplendoris, & hoſpitalitatis huiuſce noſtri generoſi Equitis D. DOMINICI VITI iam viventis, non ſolum in hac Vrbe, ſed etiam in alijs ſuis ditionibus, non parum attonitus ſtetit: Teſtimonium etiam dare poteſt Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Dom. D. Ioannes Baptiſta Rinuccinus, Archiepiſcopus, & Princeps Firmanus ad Confæderatos Hyberniæ Catholicos Nuncius Apoſtolicus, qui cum toto ſuo magnoque commitatu ad Domum huiuſce Equitis per multum temporis digreſſus ſplendidiſsimè, & ſumptuoſiſsimè fuit exceptus.

Eques clariſsimus Dom. DOMINICVS VITVS Avus præclari, huius nominati Equitis poſt peragratam, & perluſtratum totam Europam poſt adeptam in Bellis exteris venerandam canitiem, & ſenectam, poſt exantlatos pro vera laude adipiſcenda tot ſtrenuos labores, tandem vt ijs metam poneret oſtenderetque cum ſumma gloria virtutem ſemper debere eſſe coniunctam, in primis illam, quæ aliarum omnium virtutum longè mater eſt, humilitatem ſcilicèt amplexus omnes honorum, & dignitatum titulos ab Imperatore collatos ſprevit, & depoſuit, & nomina in Bello non ingloriè acquiſita abdicavit, & vt ſe legibus, & conſuetudinibus Patriæ, eo melius conformaret, omni pompa, & laude virtuti eius, & Illuſtribus Natalibus debita (hoſpitalitate excepta) ſe ſeprorſus exuit, elegitque tandem in hac ipſa Vrbe, vtpotè non ſolum gratiſsima, ſed amœniſsima, & elegantiſsima omnium quas peragravit, diem extremum claudere.

Primarij, & Illuſtriores vetuſtioreſque Regni Proceres, ex hac laudatiſsima Familia pro antiquitatis ſplendore pro opum affluentia, ac pro virtutum, &

for-

ſormoſitatis vtriuſque ſexus laude ſemper, ſibi cōnnubia expoſtularunt.

Proptcrea ſuper hæc omnia rogati teſtamur, & confirmamus omnes ſinguloſque huiuſce nominati clariſsimi Equitis Domini DOMINICI VITI, filios ſcilicèt: Dom. ANDREAM, D. IGNATIVM, D. MICHAELEM, D. RICHARDVM, D. IACOBVM, D. FRANCISCVM, ET D. VVALTERVM VITVM, Anglicè VVHYTE, Nobiliſsimis in primis Parentibus, legitimoque thoro natos eſſe, nimirum ſupradicto Equite primi Ordinis celeberrimæ huius Ciuitatis Limericenſis, haud dudum Gubernatore: & Domina CHRISTINA de BOVRGO, aut BOVRK, clariſsimo genere nomineque fœmina quorum natalibus nulla, vel infamiæ, vel dedecoris, vel hæreſis vmbra vnquam adhæſit, quin & Maiores eorum anitæ Nobilitates legitimo, omnes thoro natos & baptiſatos, retroacta quingentorum annorum ſeriè generis ſui amplitudinem, non ſolum ſuprema in varijs Regni, Prouincijs gubernacula integrè, ſplendidè, ſummaque cum laude gerendo condecoraſſe, verumetiam dubijs difficilimiſque Reipublicæ temporihus Orthodoxæ Romanæ Religionis egregios adeò ſectatores, & accerrimos Societatis Iesv propugnatores, & illis nominibus Anglis rebelibus & hæreticis maximè exoſos, extitiſſe, vt ſummam, vel hoc nomine laudem ſint conſecuti: Poſtremo multas, eaſque illuſtriſsimas, antiquiſsimas, & excelentiſsimas Regni Familias, vel ſanguine, vel affinitate attingunt, nimirum ò Breyam, Comitem Thumondiæ, & Baronem de Inchiquin, progenitos antiquitus è Regibus Hyberniæ, de Bourgo, aut Bourk, Marchionem Clanrickardiæ, Baronem de Caſtellconell, & alias eiuſdem nominis Proſapias, Geraldinos Potentiſsimos Deſmondiæ, Comites, & Principes,

 Ma-

Macmahone Macſoigni, Macnamarâ, ò Duyer, ò Driſcol, ò Flahartij, ò Carolan, & alios antiquiſsimarum Hyberniæ Proſapiarum: ex ijs qui huius Regni conqueſtores extitere, Lacies, Fitz Vvalter, Fitz Stiphen, S. Leiger de la Roche, Butlers, de Purcell, Faggan, & quam plurimos alios vnde Nobili Adoleſcenti, D. IGNATIO VITO, parentum Maiorumque ſuorum, tam benè de re Chriſtiana, & Sede Apoſtolica meritorum veſtigijs inſiſtenti non exiguos ad omnem virtutem, & ingenitæ Nobilitatis augmentum ſtimulos, vt par eſt, aceſſuros ſperamus; Quapropter hoc noſtrum teſtimonium (quod non inanibus hominum rumoribus, ſed comperta fama, monumentis publicis huius celeberrimæ Vrbis, aliorumque Locorum, Archivis, & matrimonialibus contractibus innititur) Convocato ad hanc finem Epiſcopo, & Senatu, manu noſtra ſubſcriptum, & Epiſcopi, & publico Civitatis ſigillo munitum dedimus Limerici 13 Ianuarij, Anno 1646.

Et hic appoſitum era ſigillum Epiſcopi in Oſtia rubra.

Ed: Lymericen: Epiſcopus.

*Dominicus Fanning, Prætor Limericen:* *Patricius Sſarſſefeld.* *Iames Strètche.*

*Ioanes Halæus Recordator.* *Geo: Commyn.* *Petrus Cræveus.*

*Dominicus Vvitœus, I. V. D.* *Vvillian Comyn.* *Tohn: KonR.*

*Nicholaus Fagnning.* *Pierſ: Creaghe:* *Francis Faninge.*

*Dom: Creagh.* *Tames Vvhileus.*

*Tho: Stretch, Cler: Curiæ, & Notarius publicus Lymer.*

Et hic erat appoſitum ſigillum Civitatis Lymer. in cera rubra ſuper vitelam,

*Et hic appoſitum erat ſigillum ſupremi Concilij in Oſtia rubra.*

# PER SVPREMVM Confœderatorum Catholicorum Regni Hyberniæ Concilium.

CVM res ſit qualitaſque omni laude longè dignisſima, ac maioribus Nobilis Viri D. DOMINICI VVHYTI, ſed verius VITI, Anglicè VVHYTE, Equitis primi Ordinis; quorum veſtigia, pulchraque exempla ipſe inſectari innititur quodammodo innata, ac hæreditaria, Natos proleſque ad exteras Nationes Patriaſque alegare, vt ibidem non indecoram, ſuiſque dignam natalibus educationem imbibant, ac glorioſam mauortis artem ad maius animi robur conſequendum, addiſcant: ac pro vt in certum, infauſtumque belli (tametſi pro libertate publica, pro Rege, & pro Religione Catholica Romana vindicanda ſuſcepti, quomodo præmimur) exitum evenire poteſt, vt ijdem filij ac Nati in remotis Orbis ditionibus cogantur ſedem figere, proprioſque ſibi lares eligere. Noſtri omnino muneris eſſe, ac ipſi etiam Veritati conſonum ex animi ſententia duximus certificare, declarare, atque atteſtari, provt harum tenore litterarum certificamus, declaramus, & atteſtamus, vt potè nobis apprimè notum, & certum, non ſolum ex Cronicis Regni, ſed ex certa noſtra ſcientia hanc ipſam familiam VITI, anglicè Vvhyte vetuſtam, claram, & imprimis equeſtrem eſſe familiam, & in hoc Regno eſſe ſtabilitam à primo Anglorum in illud (ad idem occupandum) ingreſſu, elapſa ſunt fortè quinque ſæcula,

ſive

ſive anni quingenti; Primævos etiam huiuſce familiæ inter ſupremos magnates Nobileſque præcellentes, qui magnum Angliæ, ſivè Mariſchalum proprijs ſumptibus ad eandem expeditionem comitati ſunt, annumeratos eſſe; Nomenque, originemque à Saxonibus quondam traxiſſe produnt Annales Angliæ: Et ne quis miretur hanc antiquam, & equeſtrem familiam à primordio quo in hoc Regno fundamenta poſuit, quingentorum annorum ſpatio, ad tantas, tamque ſplendidas opes perveniſſe, omneſque ex ea deſcendentes, per omnes huiuſce Regni ditiones, ac Provincias tàm potentes evaſiſſe, vt multis Caſtris, & habitationibus nomen contulerit; ſoliſque hoc ipſorum armis, enſique laureato debetur, ſplendidis etiam excellentiſsimiſque connubijs, quibus antiquiſsimis, & nobiliſsimis Regni familijs, hic nobilis ſanè eques D. Dominicus VITVS ſanguine, vel aſſinitate coniunctus eſt, nempè (præter eas quæ in fine huius cedulæ reperiuntur) Butleris Marchionis Ormondiæ familiæ ò Sechanaſsi, Macfinin, Macmahon, Lacy, vel Laceis fitz Stipen, S.Leger, Hurlæis, Barrijs; Dillonis, & plurimis alijs antiquiſsimiæ, & Avitæ nobilitatis; vt Taafis, Vvalsheis Geraldinis, ò Banan, ò Suleuan, ò Driſcoll, &c

EX Annalabus, & Archivis Regni, ex antiquis ſcriptis, & ex monumentis publicis conſtare videmus, hanc ipſam familiam, ex qua ſupradictus eques ſtemma ſuum originemque trahit, & cuius nunc principalis eſt hæres, fœcundum ſemper ſeminarium fuiſſe, ex quo tot clariſsimi Viri ordine equeſtri inſigniti, prodiere; maioreſque ſui in primo Anglorum ingreſſu in hoc Regnum, in bellis à Chriſtianis Principibus ad recuperandam terram Sanctam ſuſceptis, in bellis Anglorum in Gallia, in bellis inteſtinis intra Principes Domus Regiæ Eboracenſis, & Lancaſtrenſis, & denique

in

in Turiaminibus Regijs, immortale ſibi nomen; laureamque acquiſierunt, adeò, vt ad minùs ſedecim, aut ſeptemdecim progenies huiuſce familiæ, ex quo in hoc Regno radices jecit, omnes ſucceſsivè legitimo connubiali thoro procreatæ facilè numerari poſsint: vt ſpeciali modò ex Genealogia huius familiæ à Rege Armorum Regni delineata videri poteſt; conſtat etiam eodem modò Auum huiuſce ſupradicti equitis, nomine etiam D. DOMINICVM VITVM, eiuſque poſteritatem, ob animi conſtantiam, militaremque virtutem, in obſidione Tornaci, & Teruanæ, & in aperta acie, ob aliaſque heroicas virtutes Auguſtali diplomatè Imperatoris Maximiliani primi dato in Civitate Tornaci vigeſimo ſexto Septembris, Anno Domini mileſsimo quingenteſsimo decimotertio, Equitis, & Baronis Sacri Romani Imperij, titulo, & honore donatum eſſe, tametſi huius dignitatis titulo in hoc Regno vti non potuerit, eo quod honorum, & dignitatum tituli ab alijs Principibus, quam à proprio Rege collati, nequaquam admittantur, nec niſi in alijs, & extraneis Regionibus vſui veniant, ſed neque propterea hæc familia, eo minùs in honore, ſtimatione, ac prætio habita.

SI fidem in Deum Religionemque ſpectemus huius familiæ, ſola, & vnica orthodoxa Fides Catholica Romana in illa ſemper viguit, ſolam illam conſtantiſsimè vſque complexa eſt, taliſque pro Fide Catholica zelus ſemper fuit, vt pro ea tuenda propagandaque etiam in duriſsima hæreticorum ſævißimaque perſecutionum tempeſtate, nullis aut armis, aut ſumptibus vnquam pepercerint: Tot Sacri Religioſorum ordines, quos incliti huius equitis D. DOMINICI VITI maiores, ad ſanguinem vſque propugnarunt: plurima Sacra Sacerdotum Capita, Epiſcopi dicimus,

 alijque

aliſque Sacræ Eccleſiæ Prælati, quorum iam ferè pro labentes Thiaras firmiſsimè tutati ſunt: Præcellens denique Sacra Ieſu Societas, quæ illuſtrem hanc familiam ſemper patroninantem habuit, ſemper Lautricem, & protectricem agnovit, & hiſce diebus vltimis præſenti, ſævientique impiorum hæreticorum tempeſtate talem hunc ipſum equitem D. DOMINICVM VITVM experta eſt.

REm etiam præclaram, ac hominum omnium memoria digniſsimam cenſemus: quod eadem hæc familia fœcunda ſemper, & fertiliſsima fuerit in producendis non ſolum bellicoſis, ſed etiam Vultu formoſiſsimis Viris, atque forma etiam, & ſpecie decoras Virgines mulieresquè produxerit, adeo, vt vtriuſque ſexus huius Familiæ proles verè forma, & genere Nobiles cenſeri debuerint, neque immerito illis aptari poſsit adagium Vetus, pulchrior eſt pulchro veniens de corpore virtus, tanta denique, tamque eminens fuit hoſpitalitas huius familiæ, & huiuſce ipſius equitis D. DOMINICI VITI, vt nunquam ſatis laudari poſsit, cæterum conſtat de Auo huius equitis nomine etiam DOMINICVS multorum locorum Toparcha, quod is ptimus fuerit, qui in hoc Regno ſupellectili argentea vſus ſit adeò, vt continuo non niſi ex Vaſis argenteis illi miniſtratum fuerit, vt merito Dominus, de ſupellectili argentea nomen obtinuerit.

NOs itaque ſupremum Confederatorum Regni Hyberniæ Conſilium, ex Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & ex ſuperiore, & inferiore Regni Nobilitate compoſitum, & vna convocatum, declaramus, certificamus, & atteſtamus in veritate indubitabili, & ex certa noſtra ſcientia, Antiqui, & nobilis ſanè equitis D. DOMINICI VITI ſedecim partes, ſivè quarterias, vt vocant, octo ſcilicèt ex parte paterna; vt ſunt VITVS, vel VVHYTE, ò Flakartij, Fanning, ò Breyan, Faggan,

gān, ò Flahartij, ò Mulrian, Fitz; Gerald, ò Geraldin; & ex materna ſcilicèt octo, vt ſunt de Bourgo, vel Burk, Arthur, Fanning, Commin, fitz Vvaters, ò Doneuan, Sarsfield, Roche, veriſsimas eſſe, quarum minima, ex familia equeſtri, & deſcendente ex antiquiſsimo, & per illuſtri ſtammate Catholico in hoc Regno, ibidemque ſtabilito à primo Anglorum in idem ingreſſu, ab annis nempè quingentis, omnes ab eo tempore arma, vel armorum ſigna gentilitia geſtantes, ac aliorum velut, ò Breyan, Fitz Gerald, Bourkuel de Bourgo, Roche, Sarsfield, Fitz Vvaters, ò Flahartij, ò Mulrian, ò Doneuan, qui omnes ex antiquiſsima, nobiliſsima, & excellentiſsima familia nobiliſsimorum virorum proſapiarumque deſcendunt: Eaenemde, ò Breyan hodie Comites de Thumond, Reges, & Monarchæ huius Regni fuere ante primum Anglorum in idem ingreſſum, & de illa, de qua hic loquitur ex filia de ò Conner, ò Breyan, Comitis de Thoumond, hæredis legitimi illorum antiquiſsimorum Regum.

BOurk, vel de Bourgo eſt familia magni nominis, & potentiæ, & talis erat in Anglia, vt Iuſtitiarius totius Regni, & Comites Cantiæ, vel de Kent ante ſuum in Hyberniam ingreſſum, & hoc in Regno Comites Provinciæ Vltoniæ devenerunt, & ex Philippa vnica filia, & hærede huius Comitis nupta Leonello Duci Clarentiæ, filio tertio Edvvardi tertij, Regis Angliæ, & Franciæ, &c. Domus Regia Angliæ, Franciæ, Scotiæ, & Hyberniæ hodie regnans eſt oriunda; & ea de qua hic firmentio eſt vxor huiuſce nobilis equitis D. DOMINICI VITI, legitimè, & revera deſcendens ex hac illuſtriſsima, & excellentiſsima familia de Bourgo; antiquitus Vltoniæ Comitibus: Fitz Girald, vel Geraldinus, antiquiſsima, & potentiſsima, eſt familia, in Comitem erecta ab Edvvardo tertio Rege,

&

& tredecim fuere Cõmites, & Principes Palatini de Deſmoniæ huius familiæ, quorum vltimus multis annis contra Eliſabetham Reginam Angliæ bellum geſſerat, ea de qua hic loquitur, erat filia Comitis Deſmondiæ: cæteræque ſupradictæ familiæ de ò Flahartij, de Roche de Sarsfield, de Fitz, Vvaters, de ò Mulrian, & de Odonnevan, potentes ſanè Torpachæ ſunt, & Proſapiæ antiquiſsimæ nobilitatis, adeò, vt de illuſtri extractione, & origine huius nobilis, & antiqui equitis D. DOMINICI VITI, eiuſque prolis, ac poſteritatis quorum nomina ſunt D. ANDRÆAS, D. IGNATIVS, D. MICHAEL, D. RICARDVS, D. IACOBVS, D. FRANCISCVS, & D. VVALTERVS, vel VALTHASAR VITI, Anglicè V V H Y T E, omnes legitimo thoro nati, & baptiſati, & quorum mater eſt D. CHRISTINA DE BOVRGO, vel BOVRK, de qua ſupra dictum eſt, ad quaſcumque terrarum oras, Regioneſque devenerit, ac Deo auſpicè, ibidem ſemper fixerint, nullatenus ſit dubitandum: In quorum omnium fidem, ac maius Robur, matura habita deliberatione, haſce Veritatis teſtimoniales dare, illaſque ſupradicti Supremi huius Regni Conſilij Inſignibus, & ſigillo muniri decrevimus. Datum Kilkemæ 23. Marcij. Anno Dñi. 1647.

*Thomàs, Archipiſcopus Caſthill.* | *Io: Archiepiſcopus Tuamenſi.*
*Pacritius, Epiſcopus Ardenſis.* | *Nico: Epiſcopus Fernen.*
*Io: Clonferty.* | *Jyblus Corcag: & Doyñen, Epiſcopus.*
*Caſtelhauen Audly.* | *Muſcry.*
*I: Preſton.* | *Nateruill.*
*Torl: ò Neill.* | *Daniell ò Bryen.*
*Rob: Lynch.* | *Lucas Dillon.*
*Geo: Commyn.* | *Gerald Fenell.* *Patr. Darcy.*

Ad mandatum Supremi Conſilij.

*R. Beelings.*

NOS

NOS IOANNES BAPTISTA Rinuccinus, Princeps, & Archiepiſcopus Firmanus, ad Confœderatos Hyberniæ Catholicos Nuncius Apoſtolicus, omnibus ad quos hæc ſedula pervenerit ſalutem: Tametſi haud neceſsè videatur alijs confirmationibus, aut probationibus vti præter haſce, ab ipſo Supremo Hyberniæ Concilio datas, vtpotè maximè authenticas, indubitabiles, & maiori robori innitentes, quam quis vnquam in caſu ſimili deſiderare poſſet: nihilominus ad hoc requiſiti: vt ad maius robur, & pondus, maioremque certitudinem, etiam noſtras teſtimoniales adhiberemus, illas abſque gravi præclaræ, & nobis per quam cognitæ veritatis leſione negare non potuimus; & quod non ſolum nobis conſtat ex tot ſcriptis, & litteris antiquiſsimis, totque monumentis publicis, quæ per totum hoc Regnum diſperſa extant, quæque ipſi noſtris oculis conſpeximus, verum etiam ex ipſo tot inſignium Prelatorum, virorum Illuſtrium, aliorumque primaria Nobilitate conſpicuorum hærοum ſerio relata didicimus, qui etiam, & præcedentes teſtimoniales ſuo Chyrographo confirmarunt, provt, & aliorum Prælatorum, & nobilium teſtimonia idem nobis confirmantia deſuper extant; quinimò etiam ex propria noſtra ſcientia hunc Illuſtrem Equitem D. Dominicum VITVM, Illuſtremque Dominam eius coniugem, ac maiori ex parte nobilem prolem hocce ſcripto adamuſsim expreſſam apprimè novimus, vtpotè, qui ad ſpacium integri menſis cum toto noſtro ſtipatu in eorum domo, & familia, per quam magnificè, liberalitèr, ſummoque cum ſplendore fuimus excepti; adeò vt ad profuſsionem ſplendoris, & magnificentiæ, ad apparatum omnis generis cibi, atque ad decus, & ornamētum, nihil vltra poſſet deſiderari: Vidimus etiam ibiden ſuma cum veneratione devotoque cultu, orthodoxam fidem, & Reli-

gionem exerceri, vidimus, & ipſam prolem non iam confuſè, vel diſſolutè: quaſi in domo Aulicà, ſed veluti in arctiſsimo, & ſacro Religioſorum cetu, educari; neque hoc noſtro ſolummodò tempore fuiſſe conſtat; verumetiam ſemper, & ab omni retro ſæculorum memoria, hæc Domus omnibus Antiſtibus, Prælatis ac cuiuſvis Ordinis Religioſis aſylum, & refugium præbuit, ac præſertim Patribus Sacræ Societatis Ieſu, qui ibidem veluti ſeminarium quoddam fixumque, quaſi Domicilium ſemper repererunt; & iam à quo tempore Illuſtris, & vetuſta hæc familia in Regno hoc fundamenta poſuit, ſedemque ſtabiliuit (quinque fortè, & amplius elapſa ſunt ſæcula) tanta ſemper in Deum pietate floruit, tantò erga Sacram Sedem Apoſtolicam zelo emicuit, tàm munifico erga omnes probos, peregrinoſque hoſpitalitatis titulo claruit, vt iure merito omnium laude, & admiratione ſit digna. Quare etiam iuſtiſsimus, & liberaliſsimus omnium bonorum remunerator; Deus illam tantis opibus, tanta bonorum virtutumque opulentia ditavit, tantò illuſtrium connubiorum per totum Regnum ſplendore condecoravit, vt Principibus, Illuſtriſsimis, Excelentiſsimiſque Regni familijs ſanguine, vel affinitate ſit coniuncta: atque vt tanto maior huius domus ſplendor eluceſcat; in hoc vno ſummam laudem, æternamque gloriam meretur quod omnes ex hoc vetuſto, & Illuſtri Stemate legitimè, procreati, & Sacri Baptiſmatis fonte renati ad extremum, vſque ſpiritum in ſacræ, & orthodoxæ fidei zelo, animo conſtantiſsimo perſeveraverint. In quorum omnium fidem hanc ſedulam Chyrographo noſtro muniendam duximus, eidemque ſigilum noſtrum apponi curavimus. Datum in Hybernia vigeſsimo nono Menſis Aprilis, Anno Domini milleſsimo ſexenteſsimo quadrageſsimo ſeptimo.

Et hic appoſitum erat ſigillum ſuum in Oſtia alba.

Io: Bapt. Archiepiſc. Firm:
Nuncius Apoſtolicus.

Cot^nus Corona V. Canc^rius

# DECLARATIO ARCHIEPISCOPI Tuamenſi, & aliorum Epiſcoporum.

NOS IOANNES DEI, ET Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Tuamen. Nicolaus Fernen. Fr. Patricius Ardenſis, & Robertus Corcagen & Cluanenſis, Epiſcopi vniverſis præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino: Cum noſtri ſit muneris (quod vnum in exilio patrocium exulanti virtuti afferre poſſumus) perſecutionem propter iuſtitiam patientibus teſtimonium non denegare veritatis; & inter primos pro fide, & orthodoxæ Religionis Cultu gravia multa, & extremam ſævientis hæreſis tyranidem perpeſſus fuerit nobiliſsimus Dominus D. DOMINICVS DE VVHYTE Eques antiquiſsimus; illi in Hiſpanias cum ſervis tranſeunti teſtimoniales noſtras literas concedere voluimus, quibus fidem facimus, & atteſtamur ipſum Dominum DOMINICVM VITVM, anglicè de VVHYTE non modò verum, & ſincerum eſſe Catholicum, quin etiam eximium fidei, & Religionis orthodoxæ acrem, ac ſtrenuum valdè fuiſſe propugnatorem, tàm in nupero pro fide in Hybernia Bello, quàm præcedentis tempore perſecutionis; tantæ que fuiſſe, tamque pro fuſæ in Clerum hoſpitalitatis, & liberalitatis, vt annuos proventus ferè omnes in alendis fovendiſque Clero, & Religioſis expendiſſet adeò, vt eius domus Sacerdotum, & Religioſorum Collegium diceretur, & Conventus, quibus nominibus cum Anglis hæreticis, & Monarchiæ inimicis non minùs notus,

quam

quam exoſus eſſet, & infenſus: Vbi primum in Hybernia (vt belli triſtis euentus, & communis Patriæ, ac Religionis ſors, & caſus tulit infeſtus rerum ſuma potiretur, illum iam tùm valetudinarium, & ſenio confectum, bonis, & fortunis omnibus exutum Capiti vix parcentes cum familia octo filiorum exilio damnarunt, quo circa illum tàm dura paſſum, & tàm benè de Re Chriſtiana meritum, omnibus Civitatum, Provinciarumque gubernatoribus comendatiſsimum eſſe præcupimus, vt nullum in itinere impedimentum, detrimentum, vel in iuriam illi, neo ſervis ſuis, afferri ſinant: Sors eius rerum humanarum viciſsitudinis recens præbet exemplum; hic præcipuus antiquiſsimæ, & per Illuſtris Vitorum familiæ, que à primo Anglorum in Hyberniam ingreſſu anno 1171. ſtabilita erat; perſpicua in colenda fovendaque orthodoxa Religione tantis ſæculis; quàm plurimis præcipuis, antiquiſsimis, nobiliſsimis, & excelentiſsimis Regni familijs ſanguine, vel aſſinitate coniunta; eodem die propter ſanctam Religionem, & fidelitatem erga Regem ſpoliatur bonis omnibus, & fortunis, & in perpetuum relegatur exilium, In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras literas manibus noſtris ſignatas, ſigillis noſtris muniendas curavimus. Dat. Nanetis in Galia loco exilij noſtri, die 28. menſis Aprilis, anno 1651.

| | |
|---|---|
| Et hic appoſitum erat ſigillum Archiepiſcopi in Oſtia alba; & ſigilla Epiſcopi Fernenſis, & Ardenſis in cera rubra; & ſig. Epiſc. Corcag. & Cluanen, in Oſtia rubra. | *Ioann. Archiepiſcopus Tuamen.*<br>*Nic. Epiſcop. Fernen.*<br>*Patrit. Epiſcop. Ardenſis.*<br>*Rob. Corcag. & Cluan. Epiſcop.* |

L

# L'ATESTATION, ET DECLA-ration du Roy d' Angleterre.

CHARLES, par la Grace de Dieu, ROY de la Grande Bretagne, France, Irlande, defenſeur de la Foy, &c. A tous ceux, qui ces præſentes verront, Salut: Le deſir, que nous avons que la verité ſoit connue, & que ceux de nos bons ſuiets, qui ſont de bonne maiſon, & qui ſeruent dans les Pays Eſtrangers, par les revolutions arriuceès dans les leurs, parces dernieres guerres, puiſſent jouyr dæs aduantages de leur naiſſance, eſt cauſe, que nous auons voulo certifier, comme certifions, & aſſeurons par ces præſentes, que le ſieur DOMINICQ DE VVHYTE, Chevalier, & Baronet de noſtre Royaume d' Irlande, eſt le Chef d' vne tres bonne, & ancienne maiſon en noſtre dit Royaume, qui ſ'y eſt eſtabilie il, y abien prés de cincq cents ans, dont le premier Anceſtre nommè le Chevalier Vvalter de Vvhyte, qui ſ'y eſt tranſportè l' an 1167. de Pembroeckshier en la Province de Southvvales en Angleterre, dont le Pere auoit eſtè à lors grand Iuſticier, a eſte vn des Principaux, Capitaines, & Acteurs à la conqueſte du dit Royaume d' Irlande, quand il à eſtè reduit ſous l' Odeyſſance de noſtre Couronne d' Angleterre, & en conſideration de ſa Nayſſance, de ſes grandes alliances, & de ſes grandes ſervices en la ditte conqueſte à ſes propres frait, il à eſtè creè Chevalier (vn tres grand honneur en ce temps la) par noſtre progeniteur de glorieuſe memoire, le Roy Henry ſecond l' an mille cent ſeptante & vn, & la dix ſeptième anneè de ſon Reigne, & en meſme temps, à donnè, & conferè a luy, & à ſes freres, qui ſe ſont auſſy ſignalez en la dit-

te conqueſte, & à leurs deſcendants bien des terres en ce Royaume la, quils ont touſiours poſſedez, & vè quirent opulament juſques à ces dernieres revolutions.

Vn autre de ſes ançeſtres nomme IACQVES VVHYTE, & marriè à Amice fille du Comte de Leceſter en noſtre Royaume d' Angleterre, à Seruy avec beaucoup de Valeur à la guerre ſaincte ſous le Roy Ricard premier, & particulierement à la conqueſte des Royaumes de Sicile, & des Cypres l' an mille cent nonacte & vn, portant en ce temps la les meſmes armes que portent aujourdhuy, ſon deſcendant, & heritier le ſus dit DOMINICQ VVHYTE, Chevalier, & Baronet, & que nous ratifions, & confirmons, ceſt à dire d' argent à vn pignon crenellè de gueules de ſeptpieces ſortant de la pointe à trois roſes de l' vn, en l'autre boutonneès dor, an Chef de genles chargè dùn Leopard paſſant òòr armè, & Lampaſſe d' azur, & à la bourdure d' hermines; & deux Dragons dargent pour tenans, Cimier vn Cheual paſſant dargent.

Vn autre de ſes Anceſtres en ligne directe nommè BALTASAR Chevalier s' eſt ſignalè ſous le Roy jean noſtre prædeceſſeur (de glorieuſe memoire) quand il auoit paſsè auec vn armeè l' an mill deux cent, & vingt, au Royavme d' Irlande; Vn autre de ſes Anceſtres nommè le Chevalier MORICE VVHYTE, auoit Seruy auec reputation ſous le Roy Henry 4. me, & ſous le Roy Henri 5. me daus les guerres en France, & fort remarquablement l' an. 1418. comme il auoit, le mis ſiege à la Ville de Roan auquel le Myrlod de Kilmayne, & ce Chevalier MORICE VVHYTE ont menez enuirons 2000. Irlandois, qui ſy ſont ſignalez par leur agilitè, & par leur valeur au deſſus de toutes les autres Nations, au raport de l' hiſtoire de France, auſsi bien que de la noſtre, ce meſme Chevalier MORICE VVHYTE, à eſtè fait Gouuerneur de Monliere en

Fran-

France du Reigne, du Roy Henry 6.me , & pour auoir ſervis ſuos ces tres Rois de la maiſon de Lancaſtre nos prædeceſſeurs ( de glorieuſe memoire ) il à eſtè nommè uulgairement MORICE le Lancaſtrien.

Vn autre de ſes Anceſtres nommè DOMINICQ de VVHYTE, grand Pere de DOMINICQ de VVHYTE , Chevalier , & Baronet aſture vivant à eſtè vn des Gentilhommes de la Cour du Roy Henry 8.me noſtre Anceſtre , de glorieuſe memoire , qui par ſon Ordre auoit eu l' honneur de ſervir auprè de la perſonne de l' Empereur Maximilien premier, durant le temps quil auoit eſtè en ſon armeè , & pour ſa conduite , & por ſa valeur au ſiege de Tournay , & de Tourrovein , l' Emperateur luy fit l' honneur de l' armer Chevalier à l' teſte de la armeè , & creà luy , & ſes deſcendants, Chevaliers, & Barons du S. Empire par patente l' an. 1513. & l' an. 1514. il eut l' honeur dèntrer en lice contre Frãcois, premier Roy de France, aux Tournois, qui ſe faiſoient à Paris pour celebrer les nopces de la Reyne de Frãce noſtre proche parante, auec le Roy Lovis 12.me, qui y fuerent præſents en cett' occaſion le Duc de Suffolck, & le Marquis de Dorſet nos ſujets, furent ſeconds au Roy Francois premier alors Duc d' Anguliesme , & heritier præſumptif de la Corounne de France: Le præſent Sieur DOMINICQ de VVHYTE , Chevalier, & Baronet , & petit fils du deſſus mentionnè , & tous ſes enfans , au nombre de Sept à huict ſon bannis , & de poüillez de leurs biens par l' vſurpateur Crumvvell, pour ſon cele , au ſervice de ſon Roy , & pour cequ luy , & touts ſes Anceſtres juſques enuirons vingt generations ont eſtè grandement zeleez , & promoteurs de la Religion Romaine.

COMME tout ce qui eſt deſſus ſpecificè nous conſte euidament par les Croniques , & par des Eſcrits tirez des Archiues de nos Royaumes d' Angleterre , & d' Irlande dont il ne ſe peut doutrer, & à nous meſme

con-

confirmez par deux de nos Vice-Roys d' Irland' & par nos Roys de Armes (à vu desquels qui eſt preſentement en noſtre Cour Edvvard Vvalker, Chevalier, Garterus, & premier Roy d' Armes des Anglois, nous auons donnè ordre dèn faire tirer plus particulierement la Genealogie, & Comme depuis le premier eſtabliſſement de certe famille en noſtre Royaume d' Irlande, il nous conſte auſsi quèlle à touſiours poſſedez durant preſque ces vingt generations de legitimes marriages, des grands biens dont pluſieurs terres, grands Chaſteaux, & petites Villes en portent le nom, & meſme, cel de la Cour de Vvhyte, comme Vvhytes Caſtle, Vvhyte Tovvn, Vvhytes Court, & quèlle à eſtè touſiours juſques à ce iour allièe; & apparenteè aux plux illuſtres, auxplus conſiderables, & aux plus Anciennes Maiſons du Royaume d' Irlande, & quelques fois d' Angleterre, nous trouuons obligez de certifier, declarer, & aſſeurer comme nous faiſons par ces præſentes, que tous les edfans du fusd. Sieur DOMINICQ de Vvhyte, Chevalier, & Baronet, & qui ſervent dans l' armeè de ſa Maieſtè Catholicq; en ces pays bas, & ailleurs, qui ſont au nombre de Six ou ſept, ont toutes les qualitez requiſes pour eſtre d' aucun ordre de Chevallerie, qui ſoit eſtablis dans l' Europe, & queles filles ſon ſuffiſament qualifieès de meſme pour puuoir entrer en aucum Chapitre de Chanoneſſes de ceis pays bas, en teſmoignage de quoy nous auons ſignez la præſente, & y fait mettre noſtre Cachet en noſtre Cour à Brux, le ce 20. me de Mars 1658. le 10. me de noſtre Regne.

Charles R.

Et appoſitum erat ſigilum Regis in Oſtia rubra, & in papyro ſecta, in forma Floris de Lis.

Par commandament de ſa Maieſtè.

*LE COMTE DE BISTOLL.*

LE

# LE MARQVIS D' ORMONDE, Conte d' Ormonde, & d' Oſſery, Viconte de Thurles, Baron de ArKlo, Seigneur des libertès, & Royautez de la Contè de Thyperarie, Chancellier de l' Vniverſitè de Dublin, Viceroy d' Irlande, Conſeiller d' Eſtat, & privè es Royaumes d' Angleterre, & d' Irlande, Gentilhomme de la Chambre de ſa Maieſtè, & Chevalier du tres noble Ordre de la Tartière, &c.

COMME c' eſt vn devoir indiſpenſable de rendre teſmoignage de la veritè, quand on eſt requis, c' eſt pourquoy (encor bien que je me Souviens qu' vne atteſtation de cette nature, mais beaucoup plus ample avoit eſtè ſignèe a Bruxelles par le Roy d' Angleterre mon Maiſtre en faveur decette meſme famille dont je fus interrogè par ſa Maieſtè, comme eſtant du meſme pays & en ayant eſtè Vice-Roy l' ſpace de quelques anneez, & que c' eſt par la meſme raiſon, qu' on en demande encore la mienne en particulier) Nous certifions, & aſſeurons à tous ceux qu' il appartiendra, que les Sieures de Vvhyte nommement Don Andres, Don Ignace, Don Miguel, Don Ricardo, Don Franciſco, & Don Baltaſar de Vvhyte, qui ſeruent le Roy d' Eſpagne d'

Officiers en ſes Armeès des pays bas, & d' Eſpagne, ſont le gitiment filz du Cheualier, & Baronet DOMINIQVE de VVHYTE, & de Dame CHRISTINA de BOVRCK d' vne tres Illuſtre, & tres ancienne maiſon, tous deux perſonnes de qualitè audit Royaume, & que nous connoiſſons tres bien pour les avoir fort pratiquez, & auoir eſtè ſouuent traittèz chez eux a leur maniere ordinairec' eſt a direſplendidement.

NOVS certifions, & atteſtons auſi, que cette maiſon des Vvhytes dont ie parle eſt eſtablie en Irlande depuis la premiere conqueſte des Anglois du Reigne de Henri ſecond, qui fait environs cinq cents ans; qu' elle a eſtè touſiours riche, & d' ancienne Cheuallerie, allieè touſiours auſi aux anciennes, & illuſtres maiſons du Royaume, & dans les guerres inteſtines, & eſtrangeres, auſi bien qu' ala conqueſte d' Irlande, eiles' eſt rendue tonſiours remarquable; de ſorte, que nous confirmons avec be aucoup de veritè, que ces Meſſieurs deſſus nommèz ſont gens de bonne maiſons & de qualitè, dont les Anceſtres on eſtè fort zelez pour la Religion Romaine, & dont le Pere le Cheualier, & Baronnet Dominicq de VVHYTE, que je viens de nommer a eſtèn, aguere bannis, apres auoir eu ſes biens confiſquèz par les Rebelles de la Republique d'Angleterre, principalement pour ſon grand zele a la Religion Romaine, & Nous euſmes nous meſmes bien ſuiet de nous en pleindre puis qu' il ſeſtoit declarè pour le party du Pape contre nous; mais cela n' empeſchera pas que nous ne rendions cetemoigne a la veritè parcette preſente ſigneè de noſtre main, & ſeellè du cachet de nos armes. Fait a la Haye ce 29. May 1660.

Et appoſitum erat ſigillum pro Regis. | Le Marquis d'Ormonde.

Par Monſeigneur,

GEO: LANE.

# PER NOBILISSIMVM D. Guilielmum, Baronem de Caſtell-conell, in Hybernia.

OMNIBVS HASCE LITERAS viſuris ſalutem notum Facimus D. Chriſtinam de Burgo, vel Bourk, D. Thomæ de Bourgo filiam in Comitatu Lymeri-cenſi, & Baronia de Clanvvil-liam coniugem fuiſſe D. Domi-nici Viti Anglicè Vvhyt, Equi-tis, & Baroneti, & quod Andræas Vitus etiam Eques, & Baronatus, Comes de Alby, Ignatius Vitus Baro de Vicque iam ſub Hiſpaniarum Rege in Exercitu Belgico Collonellus, Ricardus Vitus, Ordines Calatra-væ, Eques Iacobus Vitus Miles, & Franciſcus Vitus Cohortis equitum Capitaneus in Hiſpaniarum Regis Exercitu Belgico cum cæteris ſuis fratribus ex ſupra-dicto D. Dominico Vito, Equite, & Baroneto, & ex-prefata D. Chriſtina de Bourgo legitimo matrimonio deſcencerunt. Ea vero Chriſtina de Bourgo recta li-nea decendit ex Edmundo Gaul de Bourg ſecundo Vvalterij de Bourgo, filio, qui fuit pronepos Edmun-di de Bourgo de Caſtellconell, ſecundo loco geniti ex Ricardo de Burgo cognomento Rubro Vltoniæ in Hi-bernia, Comite, cuius Primogenitus, nempè Ioannes de Burgo patri præmortuus vnicum duntaxat reliquit filium cognomine Guilielmum Strenum, Comitem, qui duxit in matrimonium Matildam, Comitis Lanca-ſtrienſis, filiam, & vnicam hæredem ex qua tantum ſuſcepit Eliſabetham de Burgo, vniverſam hæredem, quæ nupta fuit Lionello Clarentiæ Duci, tertio Regis Edovardi, terty filio, cui fuit vnica ſolum modo filia

no-

nomine Philippa, hæres vniverſa, nupta poſtea Edmondo Mortimar, Comiti de March cui fuit filius Rogerus de Mortimar, March, & Vltoniæ, Comes, Domnuſque de Clare, Trim, atque Vvigmore: Idem Rogerus genuit Edmundum (cui nulle fuit proles, & annuam nuptam Ricardo Cantabrigienſi Duci, cuius Auus fuit Edovardus Tertius, pater Ricardi, Ducis Eboracenſis vulgò de York, Patris Edovardi Quarti Regis, cuius filia maior natu videlicit Eliſabetha, Regina nupta fuit, Henrico Septimo quo matrimonio vtræque Domus Eboracenſis, & Lancaſtrenſis in vnam coaluere anno Chriſti milleſimo quatercenteſimo octuageſimo ſeptimo: Henricus ille Septimus duos habuit filios vnicamque filiam Arrus maior natu in vxorem duxit Catharinam Hiſpaniarum Regis filiam, quæ poſtea fratris ſuo Henrico Octavo Angliæ Regi nupta fuit: Eliſabetha vero filia dicti Henrici Septimi Iacobo Quarto Scotorum Regi nupta fuit, ex qua Iacobus Sextus Scotorum Rex ſuam traxit Originem Angliæ Hæres legitimus iure meriſsimo Proavie Eliſabethæ filiæ dicti: Henrici Septimi Regis Iacobus, Rex Prolem habuit Carolum Primum, ex quo Carolus Secundus hodie regnans, & Iacobus Dux Evoracenſis, & Albaniæ Comes Vltoniæ, &c. ſunt Oriundi, in quorum fidem hanc Chartam manu propria familiæque meæ ſigillo ſignare volui, vt conſtet prædictam Chriſtinam de Burgo ſuoſque liberos recta linea ex nobiliſſima Dominorum de Caſtellconell familia deſcendiſſe, ideoque originem veriſsimè trahunt ex illuſtriſsima, & potentiſsima familia de Bourgo ex qua etiam Domus Marchionis, & Comitis de Clanrickard. Vicecomitis de Mayo, & Baronis de Britas in eodem Regno Hyberniæ originem Ducunt. Datum Londini 1. die Aprilis, Anno Chriſti 1671.

CASTELL CONELL,

*Et hic appoſitum erat ſigillum ſuum in cera nigra.*

EGO

EGo Edvvardus Vvalker Eques Auratus dictus Garterus principalis Rex Armorum Anglicorum his preſentibus teſtificor prædictum Illuſtriſsimum Virum D. Guilielmum de Burgo, Baronem de Caſtellconell, in Regno Hyberniæ Stirpem, & originem in hoc ſupradicto libello à ſe ipſo ſub ſigilato, & ſubſcripto coram Nobiliſsimo Regis Concilio privato (Rege ipſo, & Serenißimo Principe Fratre ſuo Duce Eboracenſis, præſentibus) clarè, & lucidè conſtare feciſſe, & matrimonia cum familia Regia, eamque originem cum meis libris rectè, & omnino convenire fidem facio: ſupradictamque D. Chriſtinam de Bourgo nuperrim am coniugem D. Dominici Viti Equitis, & Baroneti eiuſque ſupradictos filios ab antiquiſsima excellentiſsima, & potentiſsima ſupradicta de Burgo familia ex materna parte, vt antedictum eſt eorum traxiſſe genus. In cuius rei fidem hunc per mandatum ipſius Regis proprium ſubſcripſi; ſolitoque officij mei ſigillo muniri, die 1. Aprilis. Anno Dñi. milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo.

HIc declarare ex officio debeo, quod etiam ſi D. Andræas Vitus, & frater D. Ignatius Vitus, vnus Comes de Alby, alter Baro de Vique nominentur, non vtuntur tamen privilegijs, & prerrogativis optimarum, vel Comitum, & Baronum Angliæ, & Hyberniæ, quia titulos ſuos à Regibus externis receperunt, eodem modo, quo ipſorum abbavus, & eius deſcendentes vtriuſque ſexus creatus fuerat Eques, & Baro Sancti Romani Imperij, vt conſtat ex diplomate Imperatoris Maximiliani primi dato Tornaci 26. Septemb. Anno Domini 1513. qui tituli per noſtras leges non admittuntur, ille vero equitis, vel militis quamvis detur à Regibus, vel Principibus exteris admittitur, & recipitur, itaque D. Andræas Vitus, & eius hæ-

ſedes maſculini generis titulo, loco honore equitis, & Baronet in Anglia vti, & frui poſſunt.

Ed: Vvalker, Garterus Principalis
Rex Armorum Anglicorum.

Et appoſitum erat ſigillum officij, pendens ex cintis coloris cæruleæ, & virgineæ.

Daniel Speed, & Candenus cæterique, Angliæ Crōnogiſte referunt hanc familiam de Burgo, vel Bourk ex Anglica Familia, ſirve Bargenſi dictam, fuiſſe ſemper in Anglia magni nominis, & potentiæ: Guilielmus filius Adelmi, cuius poſteri de Burgo latinè et Burk, vel Bourk Hibernice vocantur, cum alijs, primi Anglorum Conaciæ Provinciam perdomuerunt, & poſteri totius Conaciæ domini apellati, hanc Provinciam cum Vltoniæ Provincia diu magna cum tranquillitate adminiſtrarunt, & opimos reditus collegerunt, donec vnica Guilielmi de Burgo filia Conaciæ, & Vltoniæ exaſſe hæres, & Cometiſſa, elocata fuerat Leonello Clarentiæ Ducis Regis Eduardi Tertij filio Cādenus in ſua Britania, fol. 670. L. 5.

Idem Candenus pag. 784. de Vltonia Hugo de Lacy qui Vltoniam, bello perſequebatur creatus erat à Rege Ioanne Comes Vltoniæ, huius vnicam filiam Vvalterus de Bourgo Dominus Conaciæ in vxorem duxit & vxorio iure creatus eſt Vltoniæ Comes, permanſitque ille honor in Ricardo filio, vt Ioannem Nepotem taceam, qui ante fratrem obijt & Guilielmo Muro huius Ioannis filio ex Eliſabetha Clare (hærede altera Guilberti Clare fratris ſui, qui à ſuis interfactus) Eliſabetham vnicam filiam, reliquit, quæ Leonello Clarentiæ duci filio Regis Eduvvardi Tertij enupta per huius vero vnicam filiam ad Morthuomarios, & ab illis rurſum per

L fi-

ſiliam ad Ricardum Ducem Eboracenſem Vltoniæ titulus eſt devolutus, cuius filius Edvvardus Quartus Rex Angliæ ſuo patrimonio, ſive dominio, vt vocant Regio adiunxit; & exinde Iacobus Dux Eberacenſis, & Albaniæ filius ſecundus Caroli primi Regis, & fratris Caroli Secundi, Vltoniæ Comes etiam nominatur.

Idem Camdenus de Hybernia, fol. 666. Clarikard, id eſt filij, vel Tribus Richardi, ſive Terra filiorum Richardi Conaciæ Comitatui, ac cenſetur, qui nomen à Richardo quodam ſumſit ex Anglica familia de Burgo dicta equa Vlickum de Burgo Henricus Octavus Comitem Clanrickard creavit, huic Natus Richardus Comes ſecundus, cui ſucceſit filius Vlickus Comes tertius frater Richardi Comitis quarti, cuius fides firma, & ſingularis fortitudo rebus Anglorum in Hybernia maximè inclitis magna cum laude eluxit, hæc ex Camdeno cæteriſque Cronogiſtis Angliæ, & Hyberniæ.

Pro nepos huius Richardi fuit creatus Marchio de Clanrickard à Carolo primo Rege; & in abſentia Ducis Ormoniæ declaratus pro Rex Hyberniæ. Quatuor Mylords in Hybernia, videlicèt hic Marchio, Mylord de Caſtellconell, Mylords de Brittas, Milord de Mayo, & Macvvater vir magnæ potentiæ ex hac famila Anglica de Burgo antiquiſsima, & potentiſsima Vltoniæ, & Conaciæ Comitibus originem ducunt.

MA-

MAXIMILIANVS, DIVINA FAVENTE CLEMENTIA Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ Carniolæ, Limburgi, Luſcemburgij, & Gueldriæ, Comes Flandriæ, Habſpurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, Artheſiæ, Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniſi, Margravius Sacri Imperij, & Burgraviæ, Lantgravius, Alſatiæ Dominus Friſiæ, Sclavoniæ, Portus Noanis, Salinarum, & Mechlinæ, &c. Generoſo, & ſincere nobis dilecto DOMINICO VITO Anglorum idiomate VVHYTE noſtro, & ſacri Romani Imperij militi, & Baroni gratiam noſtram Ceſſaream, & omne bonum. IMMORTALIS, & divinæ Maieſtatis ſumma benignitate clementiaque in Maieſtatem hanc humanam, & ſublimen Ceſſareæ dignitatis gradum exaltati, Divino illius ſolio, vbi multæ ſunt manſiones, & divina celeſtis ſuæ liberalitatis diſpenſatione, digne trahare exemplum debemus, & decere omnino exiſtimamus, vt in prœmijs ; honoribus, & dignitatibus, pro cuiuſque meritis conferendis maxima circunſpectio, & cura habeatur, & debito diſcrimine largiantur, Ceſſarea, itaque ſublimitas noſtra, necnon eius circunſpecta benignitas CONSIDERANTES per antiquam, & inſignem generis tui originem, quam trahis ex VITIS de Germaniæ populis ferocionibus, qui vna cum Saxonibus, & Anglis Britannorum Regnum, anno Domini quadragenteſsimo vigeſsimo nono invaſerant, vt nobis non ſolum ex multis antiquorum ſcriptorum, verum etiam ex Sereniſsimi, & Potentiſsimi Principis, & Domini Henrici Octavi, Regis Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ, fratris, & conſanguinei noſtri

cha-

charisſimi, literis, ac teſtimonio accipimus: animique dotes eximiam etiam corporis formam, quæ dicitur eſſe generi tuo hæreditaria, multiplices etiam virtutes quibus genus tuum magis, ac magis illuſtras in apertis enim prælijs, & in Teruanæ, & Tornaci oppugnationibus, ita fortiter, ſagaciter, & feliciter te geſſeris in conſpectu noſtro Ceſareo, & Regali ſereniſsimi, & potentiſsimi Principis, & Domini Regis Angliæ, Franciæ, &c. Vt omnibus rationibus nobis maiorem in modum commendatus, & admiratione dignus fueris, propteream aperta acie manu, & enſe Ceſſareo, te fecimus, & armavimus militem, teque omneſque, tuos, & ſingulos maſculini ſexus liberos hæredes, ſucceſſores, qui ex te, vel ex tuis ſucceſſoribus impoſterum naſcentur Sacri Romani Imperij Regnorum, ditionumque noſtrarum hæreditariarum veros milites in perpetuum declaravimus, & per has literas declaramus, & creamus. Et quia à retroactis inde vſque ſæculis, cum pluribus equeſtris gradus ſplendore collucet genus tuum, vt ex ſupradictis literis, & teſtimonio ſatis cumpertum eſt. Et vt Ceſareæ liberalitatis benignitatem digne exerceamus, & ceteri fidelis noſtri ſpe dignitatis, & præmij ad heroicarum actionum excitationes magis, magiſque exercitentur, motuitaque proprio te, DOMINICVM VITVM, omneſque tuos, & ſingulos vtriuſque ſexus liberos, hæredes, ſucceſſores legitimos, deſcendentes, qui de limbijs tuis, aut ſuis deſcenderunt, vel impoſterum deſcendentur, BARONES DE ALBY, & inveros noſtros, & Sacri Romani Imperij, & Regnorum, ditionumque noſtrarum hæreditariarum, BARONES, ET BARONISAS ad hoc accedente Regis, & Domini tui conceſſu, concilio noſtro, ex certa noſtra ſciencia, animo bene deliberato, ac ſano, authoritate noſtra Ceſarea, ac de plenitudine poteſtatis Imperialis, Regalis, & Archiducalis, al-

teriuſve, ereximus nominavimus, & creavimus, atque eleva vimus prout elevamus, erigimus, nominamus, & creamus; decernentes, & hoc Cesareo ſtatuentes edicto in perpetuum valituro, quod tu, & hæredes tui, ac eorundem ſucceſſores legitimi, ſinguli vtriuſque ſexus ex limbijs tuis, & ſuis nati, & naſcituri, ex nunc, & antea perpetuis temporibus, titulo, honore, & pignitate noſtrorum, & Sacri Romani Imperij Baronum, frui, nominari, & apellari poſitis, eoque tam in literis, quàm nuncupatione verbali, & in omnibus occaſionibus honorari, nominari, & vbique ab omnibus reputari, ac denique omnibus ornamentis, honoribus, libertatibus, gratijs, privilegijs, juribus, indultis, frui poſitis, & debeatis quibus alij Sacri Romani Imperij, Regnorumque, & ditionum noſtrarum hæreditariatum BARONES hactenus, iure, vel conſuetudine freti ſunt Sereniſsimi tamen Principis, & Domini Henrici Octavi, Regis Angliæ, & Franciæ, & fratris, & conſanguinei noſtri chariſsimi juribus, & ſuperioritatibus ſaluis, MANDAMVS igitur omnibus, & ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Officialibus, quibuſcumque Capitaneis Burgravijs poteſtatibus Guvernatoribus, Præſidibus, Ducibus, Regibus armorum heraldis perſonandis Civitatum Oppidorum, Villarum, & locorum Comunitatibus cæteriſque noſtris, & Sacri Romani Imperij fidelibus dilectis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, tam Imperio Sacro, quam alibi, vbilibi conſtitutis, quatenus te liberos, hæredes tuos, ſucceſſores, & deſcendentes, vtriuſque ſexus legitimos præfatos veros BARONES, ET BARONISSAS nominent, intitulent, & reverantur, voſque dignis ſemper honoribus proſequantur cunctis temporibus futuris. Nulli ergo omnino hominum liceat

ceat hanc uoſtræ Ceſareæ illuſtrationes, & decreti paginam infringere, aut contravenire ſub noſtra, & Sacri Romani Imperij graviſsima indignatione, & pena à centum marcarum auri puri, quarum mediatem fiſco, ſeu ærario noſtro Ceſareo, reliquam verò partem iniuriam paſſarum vſibus decrevimus applicari. Datum in Civitate Tornaci, ſub noſtri ſigilli appenſione harum teſtimonio literarum vigeſimo ſexto Septembris. Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimotercio, Regnorum noſtrorum Romani vigeſimo octavo, Hongariæ vero vigeſimo quarto.

MAXIMILIANVS.

*Ad mandatum Sacræ Ceſareæ Maieſtatis proprium.*

Haneton.

Et ſigillo Imperiali in cera rubra appendente cum duplici cauda ſerica.

*Erectio in militem, & Varonem pro Dominico Vito hyberno.*

Eſte

ESte traslado de las ſiete Declaraciones aqui impreſſas, y de la Patente del ſeñor Emperador Maximiliano Primero, và cierto, y verdadero, y concuerda con ſus originales, de donde ſe ſacaron, que para eſte efecto exhibiò ante mi Joſeph Garcia de Avalos, Eſcrivano de ſu Mageſtad, reſidente en eſta Corte, el ſeñor Baron de Vique, à quien le bolvi, de que doy fee; y de ſu pedimento doy el preſente en la Villa de Madrid à diez dias del mes de Diziembre de mil y ſeiſcientos y ſetenta y ſiete años. Siendo teſtigos à lo vèr corregir, y concertar Franciſco de Cour, y Juan Baptiſta, reſidentes en eſta Corte; y en fee de ello lo ſignè, y firmè. En teſtimonio ✠ de verdad. Joſeph Garcia de Avalos. Los Eſcrivanos del Rey nueſtro ſeñor, reſidentes en ſu Corte, y Villa de Madrid, que aqui firmamos, y ſignamos, certificamos, y damos fee, que Joſeph Garcia de Avalos, de quien vàn ſignadas, y firmadas eſtas Declaraciones impreſſas, es Eſcrivano de ſu Mageſtad, como ſe intitula, fiel, y legal, y de toda confianza, y à las eſcripturas, y Autos, y demàs diligencias, que ante èl han paſſado, y paſſan, ſe les ha dado, y dà entera fee, y credito en juizio, y fuera de èl: Y para que conſte damos la preſente, en la Villa de Madrid à ocho dias del mes de Diziembre de mil y ſeiſcientos y ſetenta y ſiete años. En teſtimonio ✠ de verdad. Gregorio de Salazar. En teſtimonio ✠ de verdad. Franciſco de Cos Eſtrada. En teſtimonio ✠ de verdad. Juan Luis Cerralvo y Murillo.

LEO-

# LEOPOLDUS,

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTVS ROMANORVM IMperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgæ, ac Superioris, & inferioris Sileſiæ, Vvierthembergæ, & Theke, Princeps Sueviæ, Comes Aſpurgi, Tyrolis, Fereti, Kyburgi, & Goritiæ; Landtgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij ſupra Anaſum Burgoviæ, ac vtriuſque Luſatiæ, Dominus Marchiæ, Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c.

*Tibi Nobili noſtro, & Sacri Romani Imperij fideli dilecto Dominico Vito anglicè VVhyte, & d' Alby Equiti, & Baronet Regni Hyberniæ, antiquo noſtro, & prædicti Sacri Romani Imperij militi, ac Baroni, nunc autem Comiti d' Alby, & Marchioni d' Albyville itidem noſtri, ac præfati Sacri Romani Imperij Comiti, atque Marchioni. Salutem, & gratiæ noſtræ Cæſareæ, & Regiæ continuum ergà te incrementum.* Ad perpetuam, & nunquam inter morituram rei memoriam recognoſcimus ac notum facimus tenore præſentium vniverſis. Quod cùm poteſtas Regum, & Principum clariſsimorum dignitas non, ſolum ad tuenda Imperia, bonarumque Legum defenſionem à DEO optimo maximo conſtituta ſit, ſed, vt fideles quoque ac bonos ſubditos, quorum ſtudio, opera, labore, ac ſervitijs Principes Imperia ſua, Divina ordinatione, conſtituere, augereque, &



con-

conſervare ſoliti ſunt, dignis præmijs, honoribus, & privilegijs ſedulò proſequantur, ac vniuſcuiuſque virtuti convenienter correſpondeant; Quod tametſi ex quodam debito verorum Principum officio, & velut Generale regnantium ordine, ita fieri ſoleat; Tamen nos partim ex eo, partim ex noſtra quoque clementia, & benignitate amplioribus eos evehendos honoribus, & clarioribus condecorandos donis eſſe putamus, qui proprijs virtutibus, fidelibuſque obſequis, & virtutum meritis cæteris præſtant, quo nimirum ordine obſervato, ſubditorum noſtrorum animi, velut acri ſtimulo ad præclara virtutis, humanitatis, & immortalitatis ſtudia procul dubio ex ſtimulari, incitarique conſueverunt. Proinde cum harum noſtrarum conſideratio animo noſtro inhæreat. *Tu Dominice Vite anglicè VVhyte & dᶜ Alby* pro re præſenti dignus nobis occurriſti: quem Cæſarea Regiaque Munificentia noſtra exigentibus id meritis, & virtutibus tuis benignè exornaremus, potiſsimum cum luculenter, & evidentibus ſimus edocti Teſtimonijs, de inſigni generis tui tùm antiquitate, tùm claritudine, Te nimirum non ſolum paternæ, maternæque proſapiæ inſignes Familias in Regno Hyberniæ complexum, verùm etiam ortum ex antiquis Militibus veris Liberis Baronibus, non ſubitarum & recentium, ſed vetuſtarum, & antiquarum proſapiarum jamſati Sacri Romani Imperij, & Regnorum, ac Ditionum noſtrarum hæreditariarum; quippè Avus tuus ſimiliter *Dominicus Vitus* appellatus à glorioſo Imperatore prædeceſſore noſtro Maximiliano Primo felicisſimæ recordationis, in aperta acie, manu, & enſe Cæſareo Eques armatus propter res præclarè geſtas in oppugnatione Tervanæ, & Tornaci in conſpectu ipſius Imperatoris, & Sereniſsimi Principis Domini Henrici Octavi Regis Angliæ, & Franciæ ita & Auguſtali Diplomate dato in Civitate Tornaci vigeſimo ſex-

to Septembris, Annò Domini milleſimo Quingenteſimo Decimo tertio Idem *Dominicus Vitus Avus tuus* cum omnibus & ſingulis liberis, poſteris, & deſcendentibus legitimis Miles, & Baro memorati Sacri Romani Imperij Regnorumque ac Ditionum noſtrarum hæreditarium creatus fuerit, quem honorem & titulum nos etiam de præſenti recognoſcimus, approbamus & confirmamus.

Deinde *Bartholomæus quoque Pater tuus* bello Germanico Carolo Quinto Cæſari ſeptem annorum ſpatio voluntariè proprijſque ſumptibus militans, in favorem eius ab eodem Imperatore Mariæ Filiæ Angliæ Reginæ benevolas, & gratioſas ſcriptas fuiſſe literas quam optime conſtat. Luculenta etiam authoritate munita patent documenta de antiquitate, & claritudine generis tui retroactis ſexdecim gradibus, tàm ex parte paterna, quàm materna, ità vt tu omneſque Liberi vtriuſque ſexus dotati, & ornati qualitatibus omnibus, à natura, aut natalibus requiſitis quocunque locorum deveneris, & devenerint, pro veris, vetuſtis, & inſignibus nobilibus antiquiſsimæ proſapiæ, digniſque qui ad qualiſcunque Equeſtris Ordinis in Europa ordinati dignitatem admitti poſsint, habeantur, reputentur, & honorentur, dignoſque judicamus, & declaramus, qui omni illuſtri munere, ad quod antiquiſſimi clariſsimique Stemmatis Heroes promoveri ſolent fungantur.

Et eadem luculenta authoritate munita patent teſtimonia de conſtanti Auſtriaco nomini noſtro fide addictaque devotione tua, familiæque tuæ ſub Sereniſsimo, Potentiſsimoque Hiſpaniarum Rege avunculo, & Fratre noſtro cariſsimo.

Tu enim de re Chriſtiana tam benemeritus inter primos pro Fide & Orthodoxæ Religionis cultu gravia multa, & extremam ſævientis hæreſis Tyrannidem omni-

nibus perſecutionum Temporibus nō tantum perpeſſus, ſed in nupero pro Fide in Hybernia bello propugnator ardentiſsimus extitiſti, annuoſque Proventus in alendo, fovendoque Clero, & Religioſis expendiſti; ac maiorum tuorum veſtigijs inſiſtens cum Familia tua ſemper addictiſsimus apparuiſti, in Belgio magno cum applauſu, & exiſtimatione militando inſerviens, præſenſque omnibus pugnis, & obſidionibus Fortalitiorum, locorum, & Vrbium ab Anno 1646. vſque in hanc diem intentatis perſpectam, probatamque militarem induſtriam, & Virilis animi virtutem ita comprobaſti, vt non mediocrem laudem adeptus fuerit, imo vnus inter alios, vt Regis ipſius literis patet, ita ſe geſsit pro rebus Auſtriacis vt Anno 1652. conſcripſerit, & ex Hybernia in Hiſpaniam duxerit in Navibus viginti quatuor, ſeptem millia, ſeptingentos, & quinquaginta novem millites, ac eo quidem tempote, quo res Hiſpanicæ periclitabantur in omnibus Monarchiæ partibus, officium tam vtile, & tanti momenti præſtans proprijs ſumptibus, ipſaque bona patrimonialia familiæque ſuæ oppignorando.

*Ignatius porrò alter Filius Eques Baronetus Regni Angliæ* antiquus Miles, & Baro Sacri Romani Imperij Nobilis ab ore Sereniſsimi Hiſpaniarum Regis Avunculi, & Fratris noſtri cariſsimi pro memorato Sereniſsimo Hiſpaniarum Rege Legionem Peditum Hybernorum conſcripſit, & in Belgium duxit, quibus ex poſt conceſsis Sereniſsimo Archiduci LEOPOLDO piæ reminiſcentiæ turmis Principis Condei aggregatis, in cuius exercitu egit cum ſumma Laude ſummum Præfectum, miſſus expoſt in Hollandiam, & Galliam tanto fervore, fidelitate & induſtria ſe greſsit, vt non mediocrem laudem adeptus fuerit, & in conſervatione Belgicæ Hiſpaniæ ſua in rebus politicis experientia proprijs ſatisfeciſſe partibus apparuerit,

Quo-

Quorum omnium tùm præmiſſorum, tùm etiam plurimorum aliorum per *Te Dominicum Vitum*, *Liberos Tuos* antiquos veros, & liberos Milites, ac Barones Sacri Romani Imperij, & Genitores tuos, quorum virtutibus novos accumulare, & illorum antiquæ nobilitati novam adijcere nobilitatem pro virili ad laboraſtis domi foriſque vtiliter ac laudabiliter, præſtitorum, præclareque ſactorum, & anteceſſorum quoque veſtrorum ergò, vt noſtram viciſsim ergà vos gratiam, & clementiam declaremus, virtuteſque veſtræ memoriam nunquam intermorituro teſtimonio cohoneſtemus, & illuſtremus, quo veſtro exemplo alijs etiam fidelibus ſubditis noſtris præcipuè verò veſtris poſteris, & hæredibus ex legitima ſerie deſcendentibus, virtutes veſtras, & ſimilia benemerendi ſtudia amplectendi, ac imitandi maius incitamentum, & calcar addatur. Proindè motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia animoque deliberato de Cæſareæ, Regiæque noſtræ poteſtatis plenitudine *Te Dominicum Vitum anglicè VVhyte, vel d' Alby* antiquum Militem, & Baronem Sacri Romani Imperij, *& Ignatium Filium Equitem, & Baronetum Regni Angliæ*, antiquum itidem Militem, & Baronem Sacri Romani Imperij, & Nobilem ab ore Sereniſsimi Hiſpaniarum Regis Avunculi, & Fratris noſtri cariſsimi omneſque ac ſingulos liberos, hæredes, poſteros deſcendentes, ac ſucceſſores è legitimo matrimonio natos, & in futurum DEI benedictione in infinitum naſcituros, tàm maſculini, quàm fœminini ſexus, & ex eis in infinitum deſcendentes, ac deſcenſuros *Comites*, *& Comitiſſas d' Alby*, *Marchiones*, *& Marchioniſſas d' Vlbyville*, & Comites, & Marchiones liberos veros, & Comitiſſas, & Marchioniſſas liberas veras noſtras, & Sacri Romani Imperij Regnorumque, ac ditionum noſtrarum hæreditariarum, Comites, & Comitiſſas, Marchiones, & Marchioniſſas, appellavimus,

mus, diximus, fecimus, & creavimus, cum præ, dicato: *Hoch und' VVohlgebohrne*, & ad Statum, Gradum, Ordinem, Titulum, nomen, apellationem, honorem, ac dignitatem *Comitis*, & *Marchionis* eveximus, exaltavimus, & ſublimavimus, aliorumque noſtrorum, ac Sacri Romani Imperij, ac Regnorum, ditionumque noſtrarum hæreditariarum Comitum, & comitiſſarum Marchionum, & Marchioniſſarum numero, Cætui, Conſortio, Societati Collegio, communioni, acceſsioni gratiosè addidimus, adjunximus, ad ſcripſimus, aggregavimus, adnumeravimus, & inſignivimus, quemadmodum tenore præſentis diplomatis Cæſarei, & Regij creamus, evehimus, exaltamus, ſublimamus, addimus, adiungimus, adſcribimus, aggregamus, adnumeramus, & inſignimus, & vt ab his ipſis tamquam Ordini, Gradui, Numero, Cætui, Conſortio Societati Collegio, communioni, acceſsioni jam inde addicti, adjunti, adſcripti, aggregati, adnumerati recipiantur, & pro talibus habeantur, æſtimentur, & reputentur, firmitèr mandamus, volentes, ac præſentis Imperialis, & Regiæ huius gratiæ noſtræ, & edicti in perpetuum valituri declaratione, expreſsè decernentes, & ſtatuentes, quod *Vos* prænominati *Dominice Vite*, & *Ignati Vite* Milites, & Barones vt ſuprà ab hoc momento, perpetuis poſthac ſecuturis temporibus cum vniverſa prole ac poſteritate Veſtra legitima tàm maſculini, quam fœminini ſexus in infinitum, titulum, nomen, ac dignitatem *Comitum*, & *Comitiſſarum d' Alby*, *Marchionum*, & *Marchioniſſarum d' Albyville*, & noſtrorum, ac Sacri Romani Imperij, ac Regnorum, & Ditionum noſtrarum hæreditariarum, *Comitum, ac Comitiſſarum*, *Marchionum*, & *Marchioniſſarum* habeatis, obtineatis, ac deferatis, habeant, obtineant, ad deferant, eoque titulo, ac nomine tàm in literis, quàm in nuncupatione Verbali, nec non in re-

rebus, ac negotijs Spiritualibus, & Temporalibus, Eccleſiaſticis pariter, ac profanis, & civilibus, & in quibuſcumque alijs cauſis, & actionibus, à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Imperatoribus, & Regibus atque alijs omnibus ac ſingulis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis præheminentiæ, conditionis, loci, fortunæ fuerint appellemini, vocemini, dicamini, nominemini, inſigniamini, decoremini, honoremini, appellentur, vocentur, dicantur, nominentur, inſigniantur, decorentur, atque honorentur; quemadmodum nos ipſi *Vos*, veſtroſque liberos veros *Comites, & Marchiones, Comitiſſas, & Marchioniſſas d'Alby, vel d'Albiville*, & Sacri Romani Imperij, ac Regnorum, ditionumque noſtrarum dicimus, nominamus, appellamus, ac declaramus, volentes, & authoritate noſtra Cæſarea, & Regia expreſſè ſancientes, vt vbivis locorum, tàm in Iudicis, quàm extra Iudicia, omnibus, & ſingulis privilegijs, indultis, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, præheminentijs, exemptionibus, beneficijs, gratijs, favoribus, ornamentis, & regalibus cæteriſque omnibus, ijſque nominatim expreſſam, ſpecificam, & individuam alioquin conceſſionem ſuique mentionem requirerent, quibus cæteri noſtri Sacri Romani Imperij, Regnorum, ditionumque noſtrarum hæreditariarum præcipui, atque Illuſtres, Comites, Comitiſſæ, Marchiones, & Marchioniſſe vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, & gratia noſtra Cæſarea, ac Regia, vel de conſuetudine, aut iure, liberè, & citrà cuiuſpiam, impedimentum, contradictionem, aut turbationem vti, frui, potiri, & gaudere poſſitis, valeatis, & debeatis, poſſint, valeant; & debeant non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque.

Atque cum in finem eadem noſtra authoritate Cæſarea, & Regia, atque ex Ceſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine concedentes, vt quocunque tempore, & in

qua-

quacunque parte Sacri Romani Imperij Regnorum, ditionumque noſtrarum *Vos Dominice VVitbe, & Ignati Vite*, veſtrique liberi, hæredes, poſteri, deſcendentes, ac ſucceſſores legitimi nati iam, vel qui impoſterum naſcentur, oppidum aliquod, vel locum aliquem comparaveritis, vel comparaverint, ſitum, omnemque diſtrictum, territorium, ditionem, atque agrum ad eundem ſpectatem, cum omni eiuſdem iuriſdictione, ſubditis, atque incolis, obnibuſque, & ſingulis pertinentijs, & dependentijs, in Sacri Romani Imperij Regnorum, ditionumque noſtrarum *Comitatum, & Marchionatum*, ereximus, & exaltavimus, quemadmodum vigore præſentium noſtrarum literarum pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris erigimus atque exaltamus, ſeriò decernentes, & declarantes, quod talis pro Sacri Romani Imperij, & Regnorum, ditionumque noſtrarum Comitatu, ab omnibus habeatur, ac reputetur, omnibus gratijs, privilegijs, beneficijs, regalibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, conſuetudinibus, & indultis, quibus alij Sacri Romani Imperij, Regnorum, ditionumque noſtrarum Comites, & Marchiones vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, vti, frui, & gaudere poſsitis, debeatis, & valeatis de conſuetudine, vel de iure.

Quo vero luculenta Cæſareæ gratiæ noſtrę conteſtatio illuſtriori aliquo inclareſcat documento, & pleniori expreſſa beneficio, atque perennali quodam inſigni Mnemoſyno in oculos hominum incurrat elegantior, non modo antiqua Maiorum veſtrorum inſignia ſuperius depicta conceſsimus, laudavimus, aprobavimus, ratificavimus, locupletavimus, verum etiam auximus, amplificavimus, & illuſtravimus, quemadmodum vigore præſentium approbamus, reboramus, ratificamus, confirmamus, augemus, amplificamus, ac illuſtramus, & in hunc qui ſequitur modum geſtanda deferendaque conce-

cedi-

cedimus ac elargimur. Magnam videlicèt nigram bicipitem aquilam naturaliter effigiatam Imperiali Diademate, precioſiſsimis lapidibus exornato redimitam, expanſis alis, roſtris patulis, & linguis rubicundis exertis, pedibuſque diſtentis, chlamydem violaceam muceto conſimilem pontici muris maculis fultam ſuſtinentibus, in cuius quidem chlamydis medio ſcutum militare coronatum, ſupraque coronam galea militaris craticulata, ac ſupra galeam dictum antiquo Saxonico idiomate expreſſum nempe ETHEL 7. EARYG ſupra quod Equus argenteus perambulans conſpitiuntur, ſcutum verò in quatuor partes diviſum, in cuius ſuperiori dextera vnguibus, & lingua cærulea, Leo aureus dexterum latus verſus perambulans in campo rubro, in inferiori verò dextera cum ſeptem turribus ruber murus, in cuius medio roſa argentea, ſupraque murum, & turres duæ rubræ roſa in campo totaliter argenteo circumdantibus duas deſcriptas medietatis ſcuti quartas partes, parvis nigris galeis in medio duarum campi argentei linearum. In ſuperiori ſiniſtra elevata ſanguinea manus dextera aperta in campo argenteo, & in inferiori itidem ſiniſtra partibus Crux rubra totam occupans quartam hanc partem in campo aureo, in cuius dextero latere ſupra campum Crucis perambulans niger Leo cernuntur, totumque ſcutum à repentibus duobus argenteis Draconibus ſuſtinetur, quemadmodum hæc omnia in principio ſeu capite præſentium literarum noſtrarum Pictoris edocta manu, & artificio proprijs, & genuinis ſuis coloribus clarius depicta, & ob oculos intuentium lucidius poſita eſſe conſpiciuntur. *Decernentes*, & ex certa noſtra ſcientia animoque deliberato hoc noſtro Cæſareo, ac Regio Edicto firmiſſimè ſtatuentes, vt *Vos Dominice Vite, & Ignati Vite*, omneſque liberi, hæredes, poſteri, & ſucceſſores veſtri legitimi, vtriuſque ſexus nati, & in infinitum naſcituri

P præ-

prædeclarata armōrum inſignia in omnibus, & ſingulis honeſtis, ac decentibus actibus, exercitijs, atque expeditionibos tàm ſeriò, quàm joco in haſtiludijs, ſeu haſtatorum dimicationibus pedeſtribus, & Equeſtribus, in bellis, duellis, ſingularibus certaminibus, & quibuſcumque pugnis, comunis, & eminus in ſcutis, Bannerijs, vexillis, clypeis, tentorijs, cenotaphijs, ſepulchris, monumentis, clenodijs, annulis, monilibus, ſigilis, ædificijs, parietibus, feneſtris, oſtijs, lacunaribus, tapetibus, ac ſuppellectilibus liberè, pacificè, & abſque omni prorsùs moleſtia, & impedimento, vel contradictione habere, geſtare, ac deferre, ijſdemque pro rei neceſsitate, & voluntatis veſtræ arbitrio quovis modo, more aliorum noſtrorum, & Sacri Romani Imperij Regnorumque, & ditionum noſtrarum hæreditariarum Comitum, & Comitiſſarum, Marchionum, & Marchioniſſarum vti poſsitis, & valeatis, poſsint, ac valeant, aptique ſitis, ac ſint, & idonei ad ineundum, & recipiendum omnes gratias, libertates, exemptiones, feuda, privilegia, vacationes à muneribus, & oneribus quibuſcunque realibus, perſonalibus, ſivè mixtis, ad vtendum denique ſingulis iuribus, quibus cæteri à nobis ſeu prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, huiuſmodi ornamentis inſigniti, ac Feudorum capaces, atque participes, vtuntur, fruuntur, & gaudent, quomodolibet conſuetudine, vel de iure non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque.

*Cæterum* vt *Vos Dominicum Vitum, & Ignatium Vitum Comites, & Marchiones* maioribus gratiæ, & munificentiæ noſtræ donis exornaremus, ac illuſtraremus; Idcirco motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, deque Cæſareæ ac Regiæ poteſtatis noſtræ plenitudine, & ſano accedente Conſilio Vobis, omnibuſque liberis, hæredibus, poſteris, & ſucceſſoribus veſtris legitimis vtriuſ-

vtriuſque ſexus natis & in infinitum naſcituris amplam poteſtatem, & facultatem dedimus, ſicuti vigore præſentium plenariè damus, concedimus, & impertimur, quà poſsitis, ac valeatis facere, & creare Notarios Publicos, ſeu Tabelliones & Judices ordinarios, ac vniverſis perſonis, quæ fide dignæ habiles & idoneæ fuerint (ſuper quo conſcientias veſtras oneramus) Notariatus, ſeu Tabellionatus, & Judicatus ordinarij officium concedere, ac dare, eoſque & eorum quemlibet per pennam & atramentarium (prout maioris eſt) prædictis inveſtire, dummodo tamen ab ipſis Notarijs Publicis, ſeu Tabellionibus, & Judicibus ordinarijs per Vos vti præmiſſum eſt creandis, ac eorum quemlibet vice & nomine noſtro, ac Regni noſtri Hungariæ, & pro ipſo Regno debitum fidelitatis recipiatis corporale, & proprium juramentum in hunc vt ſequitur modum: Quod erunt nobis ac dicto Regno noſtro Hungariæ, omnibus ſucceſſoribus noſtris legitimis ſcilicet Hungariæ Regibus fideles, nec vnquam erunt in Conſilio, vbi noſtrum periculum tractaretur, ſed bonum, & ſalutem noſtram defendent, fideliterque promovebunt, damna noſtra pro ſua poſsibilitate vetabunt, & avertent. Præterea inſtrumenta tàm publica, quàm privata, vltimas voluntates, codicillos, teſtamenta, quæcunque iudiciorum acta, & omnia alia, & ſingula, quæ ipſis, & illorum cuilibet ex debito memoratorum officiorum facienda occurrerint, vel ſcribenda, juſtè, purè, fideliter, omni ſimulatione, & falſitate, ac dolo remotis, ſcribent, legent, facient, ac dictabunt, non attendentes odium, pecuniam, munera, aut alias paſſiones, vel favores. Scripturas verò, quas debebunt in publicam formam redigere in membranis mundis, aut paginis, non in chartis abraſis, fideliter ſecundum terrarum conſuetudininem ſcribent, facient, legent, atque dictabunt. Cauſas hoſpitalium, & miſerabilium

E iii

per-

perſonarum, necnon pontes & ſtratas publicas pro viribus promovebunt, ſententiaſque, & dicta Teſtium donec publicata fuerint, ſeu approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt & omnia alia & ſingula verè & juſtè, facient, quæ ad præmiſſa officia quomodolibet pertinebunt conſuetudinem vel de jure. Quodque huiuſmodi Notarij Publici, ſeu Tabelliones & Judices ordinarij per Vos creandi poſsint ac valeant vbilibet locorum, & etiam per totum Regnum noſtrum Hungariæ facere, & publicare contractus, inſtrumenta judicia, teſtamenta, ſeu vltimas voluntates, Decreta, & Authoritatem, interponere in quibuſcunque contractibus requirentibus illa, vel illam, ac omnia alia facere publicare, & exercere, quæ ad præfatum officium Publici Notarij, ſeu Tabelionis, & Judicis ordinarij, pertineret & ſpectare dignoſcuntur. Decernentes, vt huiuſmodi inſtrumentis & ſcripturis per eoſdem Notarios Publicos ſeu Tabelliones, & Judices ordinarios faciendis, plena & indubitata fides vbilibet omnino adhibeatur in iudicio, & extra. Conſtitutionibus, decretis, ordinationibus, ſtatutis, & alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Porrò *Vobis Dominico Vito, & Ignatio Vito Comitibus, & Marchionibus* omnibusſque Veſtris liberis, hæredibus & poſteris, ſucceſſoribuſque legitimis vtriuſque ſexus natis, & in infinitum naſcituris, concedimus, & elargimur facultatem, vt poſsitis, & valeatis naturales, baſtardos, ſpurios, manſeres, nothos, & inceſtuoſos, copulativè, vel disiunctivè, & quoſcunque alios ex illicito, & damnato coitu procreatos maſculos, & fœmellas quocunque Nomine cenſeantur, viventibus, vel etiam Mortuis eorum Parentibus (illuſtrium tamèn Principum, Marchionum, Comitum & Liberorum Baronum filijs dumtaxat exceptis) legitimare, ac eos, & eorum quemlibet ad omnia, & ſingula iura legiti-

ma

mā reducere, & reſtituere, omnemque genituræ maculam penitus abolere ipſos reſtituendo, & habilitando ad omnia, & ſingula iura ſucceſsionum, hæreditatum, bonorum Paternorum, & Maternorum, etiam ab inteſtato cognatorum, & agnatorum, nec non ad honores, dignitates, & ſingulos actus legitimos, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati, objectione prolis illegitimè prorsùs quieſcente, & quod illorum legitimatio per *Vos*, vt ſuprà iuſtè, & legitimè facta maximè habeatur, & teneatur, non ſecus ac ſi foret cum omnibus iuris ſolemnitatibus, quarum deffectus ſpeciali authoritate noſtra Cæſarea, & Regia ſuppleri volumus, ac intendimus, dummodo legitimationes huiuſmodi non præiudicent filijs, & legitimis hæredibus, & naturalibus. Qui quidem legitimandi, poſtquam legitimati fuerint, ſint, & eſſe cenſeantur, nominenturque, & nominari poſsit, ac debeant vbivis locorum, & terrarum, tanquàm veri legitimi, & legitimè nati de Domo, Familia, & agnatione parentum ſuorum, Arma, & Inſignia portare, ac ferre poſsint, & valeant, admittanturque ad omnes actus legitimos, Officia, Iura, Honores, & Dignitates, tàm Eccleſiaſticas, quàm Sæculares, ſi parentes eorum Nobiles fuerint, poſsintque, ac debeant omnibus actibus publicis, & privatis, officijs, iuribus, honoribus, & dignitatibus, vti, frui, & gaudere, ac ab illis, & ad illa, eorumque exercitia admitti, quibus cæteri veri, & legitimi gaudent, vtuntur, ac potiuntur, & ad quæ admittuntur conſuetudine, vel de iure, non obſtantibus quibuſcumque legibus, decretis, ſtatutis, conſuetudinibus, & alijs in contrarium facientibus, quibus omnibus, & ſingulis, motu, ſcientia, & poteſtate, vt ſuprà derogamus, & per præſentes derogatum eſſe volumus.

Similitèr eadem Authoritate noſtra Cæſarea, & Regia *Vobis Dominico Vito, & Ignatio Vito Comitibus, &*

*Marchionibus*, veſtriſque liberis, hæredibus, poſteris, & ſucceſſoribus legitimis vtriuſque ſexus vniverſis, natis, & in infinitum naſcituris, damus, & concedimus amplam facultatem, & poteſtatem, qua poſsitis, & valeatis Tutores, atque Curatores conſtituere, dare, & confirmare ipſoſque cauſis legitimis ſubſiſtentibus amovere; Præterea filios adoptare, arrogare, eoſque adoptivos, & arrogatos facere, conſtituere, ac ordinare, nec non filios legitimos, & legitimandos, adoptivoſque, & adoptandos in quavis ætate conſtitutos emancipare, ac patria poteſtate liberare, adoptionibus, arrogationibus, & emancipationibus quibuſcumque omium, & ſingulorum etiam infantium, & adoleſcentium conſentire, veniam ætatis ſupplicantibus concedere authoritatem, & Decretum in omnibus interponere, minores quoque Eccleſias, & Comunitates læſas, altera parte ad id priùs vocata in integrum reſtituere, ac integram reſtitutionem ijs, vel alteri eorum concedere, cum infamibus, tàm iuris, quàm facti, aut aliter quomodocunque copulativè, vel diſiuntivè, diſpenſare, eoſque ad famam reſtituere, abſtergendo ab eis omnem infamiæ notam, tàm irrogatam, quàm irrogandam, ita vt de cætero ad omnes, & ſingulos actus legitimos apti, ac idonei habeantur, & promoveantur, haberique, & promoveri poſsit, ac debeant Iuris tamen ordine ſemper obſervato. Et quia vſu compertum eſt, huiuſmodi privilegia, & diplomata non ſemper poſſe ſine periculo corruptionis, vel amiſsionis de loco ad locum tranſportari, propter frequentes temporis, & rerum mutationes, volentes hac in parte *Vobis Dominico Vito, & Ignatio Vito Comitibus, & Marchionibus* veſtriſque, vt ſuprà vniverſis benignè conſulere, ne videlicèt quoties præſentium conceſsionum beneficio vti volueritis, neceſſe habeatis originale hoc noſtrum Diploma producere; idcircò ordinamus, vt inde plura exempla ſub authentico

ali-

alicuius Prælati, Principis, Marchiõnis, Comitis, Baronis, Magiſtratus, Provincialis, aut Municipalis, vel etiam alterius alicuius egregiæ, & fide dignæ Perſonæ Sigillo tranſumere, vel tranſumi, ſive per Notarium legalem Copiam authenticam, & collotionatam, in præſentia duorum Teſtium fide dignorum ſubſcribi, & ſubſignari facere poſsitis, quibus parem fidem in Judicio, & extra, ac alias vbicunque, adhiberi volumus, ac ſi hæ originales litteræ producerentur. Et ſi quo caſu eveneret, quod vetuſtate temporum, characteres, ſeu literulæ huius Diplomatis oculos legentium fugerent, nec agnoſci poſſent, & vel Sigillum frangeretur, vel membrana quoquo modo corrumperetur, vel incendio conſumeretur, tunc atracta tranſumpta eo, quo ſupra demoſtratum eſt modo facta, eandem quam Architypus fidem, & roboris firmitatem vbique locorum, & terrarum obtinere, tàm Eccleſiaſticis, quam profanis, ac mixtis, tanquàm præſens originale valere debebunt.

Mandamus ergo vniverſis, & ſingulis Maieſtatis noſtræ, Imperij Regnorum, Ditionumque & Provinciarum noſtrarum hæreditariarum ſubditis fidelibus noſtris, tàm Ecleſiaſticis, quàm Sæcularibus cuiuſcunque vti præmiſſum eſt, ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, præeminentiæ, conditionis, loci, aut fortunæ exiſtant, vt *Vos Dominicum Vitum*, & *Ignatium Vitum Filium* antiquos Milites, & Barones noſtros, & Sacri Romani Imperij veſtroſque liberos, hæredes, poſteros, ſucceſſores, deſcendentes legitimos vtriuſque ſexus æternaque ſerie deſcenſuros pro *Comitibus*, & *Comitiſsis d' Alby pro Marchionibus*, & *Marchioniſsis d' Albyville*, & pro noſtris, & Sacri Romani Imperij *Comitibus*, & *Comitiſsis*, *Marchionibus*, & *Marchioniſsis* habeant, deputent æſtiment, honorent, nominent, & in dicto Comitum,

&

& Comitiſſarum, Marchionum, & Marchioniſſarum ſtatu, gradu, ordine, dignitate, ac præeminentia permanere omnibus, ac ſingulis memoratis privilegijs, indultis, immunitatibus, dignitatibus, gratijs, favoribus, libertatibus, juribus, conſuetudinibus, honoribus, prærogativis, exemptionibus, ac beneficijs vobis, vnicuique Veſtrum, ac deſcentibus Veſtris hoc Imperiali, & Regio Diplomate noſtro conceſsis in infinitum, ac perpetuè, liberè, quietè, & pacificè, vti, frui, potiri, & gaudere ſinant, nec vllo modo *Vos* in eorundem vſu, & exercitio impedire, turbare, ac moleſtare auſint, ſed potiùs in omnibus, ac ſingulis defendant, conſervent, tueantur, ac manuteneant, & alios ne quid in contrarium attentent, molianturque pro poſſe ſuo prohibere, atque impedire ſatagant; ſi quis autem Cæſaream hanc noſtram Creationis, erectionis, exaltationis, ſublimationis conceſsionis indulti, ac gratiæ paginam, contemnere, vilipendete, violare, infringere, aut ei quoque pacto contravenire præſumpſerit, noſtram, & Succeſſorum noſtrorum graviſsimam noverit indignationem, ſe ipſo facto incurſurum. In quorum fidem ac Teſtimonium haſce literas noſtras manus noſtræ ſubcriptione, ac duplicis, & authentici Sigili noſtri impendentis munimine roboratas emanari comiſsimus. *Datum per manus fidelis noſtri nobis ſincerè dilecti Reverendiſsimi in Chriſto Patris Domini Georgij Szelepchèny Eccleſiæ Metropolitanis Strigonienſis, Archiepiſcopi Locique, ac Comitatus eiuſdem Supremi, & perpetui Comitis, Primatis Hungariæ Legati Nati, Summi, & Secretarij Cancellarij, Conſiliarijque noſtri Intimi, nec non per dictum Regnum noſtrum Hungariæ Locumtenentis noſtri in Civitate noſtra Viēna Auſtriæ die vigeſsima prima Menſis Auguſti, Anno Domini milleſsimo ſexcexnteſsimo ſeptuageſsmonono, Regnorum noſtrorum Romani vigeſsimoprimo, Hungariæ,*

*&*

& reliquorum vigeſsimoquarto, Bohemiæ verò Anno vigeſsimotertio. Reverendiſsimis, ac Venerabilibus in Chriſto Patribus Dominis memorato Georgio Szelepchèny dictæ Metropolitanis Strigonienſis, & altero Georgio Szecheny Colocenſis, & Bachienſis Eccleſiarum Canonice unitarum Archiepiſcopis; Ferdinando Palffy ab Erdeod Agrienſis, Fratre Martino Borkovich Zagrabienſis, Joanne Gubaſoczy electo Nitrienſis, Joachimo Luzinsky Varadienſis, dicto Georgio Szecheny, Adminiſtratore Jaurinenſis, Andrea Mokhay electo Tranſilvanienſis, Stephano Senniey de Kiſſennye VVeſprimienſis Epiſcopatu Vazcienſis vacante, Fratre Joanne Kery de Ipolicheer Csanadienſis, Franciſco Cikulini electo Segnienſis, & Modruſienſis, Franciſco Jany electo Sirmienſis, Fratre Thoma Csehorod Samandrienſis, Nicolao Balogh Novienſis, Andrea Szilly electo Scopienſis, Petro Korompay Corbavienſis, Fratre Chriſtophoro de Roxas Thininienſis, Andrea Sebeſteny electo Scardonenſis; Fratre Nicolao Plumbeo electo Boſnenſis, & Jacobo Haſsko Roſonenſis, Eccleſiarum Epiſcopis Eccleſias DEI fæliciter Gubernantibus; Item ſpectabilibus ac Magnificis Officio Palatinali Vacante, Comite Adamo Forgach de Ghymes, Judice Curiæ noſtræ Regiæ, Comite Nicolao Erdeody de Monyorokerek Antelatorum Regnorum noſtrorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bano, Officio Tavernicali Vacante, Comite Adamo à Zrinio Agazonum, Comite Nicolao palffy de jamfata Erdeod Cubiculariorum, Comite altero Nicolao Drakovich de Trakoſtyan Janitorum, Comite Georgio Illieslazy de eadem Dapiferorum, Comite Chriſtophoro de Batthyan Pincernarum, Comite Paulo Eſterhazy de Galantha Curiæ noſtrorum Regalium in Hungaria Magiſtris, ac mentionato Comite Nicolao Palffy de prænominata Erdeod Comite Poſonienſe, cæteriſque,

*quam plurimis annotati Regni noſtri Hungariæ Comitatus tenentibus, & Honores, &c.*

# LEOPOLDVS.

Georgius Szelepcheny Archi-Epiſcopus Strigonienſis.

Joannes Maholany, &c.

Egō Joannes Maholany Inclitæ Regionis Hungaricæ Auliæ Chancellariæ Secretarius, teſtor, & recognoſco per præſentes, quod pro Seno Par, quemadmodum originale ipſimet Diploma expedivi, ita ex eodem originali deſumptum, & collationatum, ſimilique per omnia cum tenore pro eiuſdem Chancellariæ Prothocolo deſcriptum, & inſertum ſit; ſuperindè, haſce lineolas aliquot futura eorum, quorum intereſt pro cautela ſcripſi, & infirmius; ac evidentius robur, manu propria ſubſcripſi, ſigilloque meo maiori munivi. Viennæ Auſtriæ die 18. menſis Februarij, Anno Domini 1682.

*Joannes Secretarius Maholany*
*Ceſaris per Hungariam Regiæ Dignitatis*
*Julle Secretarius.*

DON

# DON JVAN DE HERBART, Señor de Tydrove, del Conſejo de ſu Mageſtad, ſu primer Rey de Armas Tuyſon de Oro, &c.

CErtifico, que los traslados de las declaraciones aqui impreſſas, vàn ciertas, y verdaderas, y que concuerdan con ſus originales, de donde ſe ſacaron, los quales para eſte efecto me exhibiò en eſta Corte el ſeñor Don Ignacio de Vvhyte, Cavallero Varon de Vique, del Reyno de Irlanda; y por eſtàr enterado ſer oy Gefe de ſu Caſa, y la Nobleza de ella, y que pueden ſus hijos, como los de ſus hermanos, ocurrir en qualeſquier Actos, Capitulos, ò Juntas de Noblezas; y por ſer la verdad, à ſu pedimento le doy la preſente, firmada de mi mano, y ſellada con el Sello de mis Armas, acoſtumbrado para tales caſos. Dada en Madrid à veinte de Diziembre de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y ſiete años. D. Juan de Herbart.

IACQVES FROISIEME, PAR la Grace de Dieu, Roy de la grande Bretagne, &c. Defenſeur de la Foy: A tous Ceux qui ces preſentes lettres verrone, ſalut. Nous ayant paru par le certificat de pluſieurs, Seigneuva, & Gentilshommes Irlandois de nòtre, Cour que tous les freres du ſeu Chevalier Ignace Vvhyte Irlandois Baronet dᶜ Angleterre, & Marquis dᶜ Albeville du Sᵗ. Empire cydevant, Envoye Extraordinaire en Ollande, du feu Roy nòtre, Pere de glorieuſe memoire, & ſon Secretaire dᶜ Etat pour le Royaume de Irlande, ſont decedex, & quil ne reſte point dᶜ autiers heritries de tous ces freres, que les filles dudit deffunt Marquis dᶜ Albiville, qui ſont preſentem avec leur Mere, auſervice de la Royne dᶜ Eſpagne, & du Prince des Aſturies à Madrid, Nous avons bien voulu accorder ces dittes preſentes à la Vevve, & aux filles dudit deffunt, pour leur ſervir, & valoir ou beſoin ſera Donne en nòtre ditte Coura Sᵗ. Germain en Laye le 19.ᵐᵉ Yuin lᶜ an de grace mil ſept cent douce, & de notre Regne le oncieme ſignè Yacques R. & plus vas par le Roy Middleton.

TOdos los quales dichos inſtrumentos, que de ſuſo vàn inſertos, è impreſſos, certifico vàn ciertos, y verdaderos, y concuerdan con ſus originales, que para eſte efecto me fueron exhibidos por las perſonas enunciadas, à quien los debolvi. Y aſsimiſmo certifico, que el Sello, Armas, y firma de D. Juan de Herbart, Señor de Tydrove, del Conſejo de ſu Mageſtad, ſu primer Rey de Armas del Toyſon de Oro, fue tal Rey de Armas de ſu Mageſtad; y la certificacion, y comprobacion, que eſtà pueſta al pie de los Originales que ſe me exhibieron, eſtà juſtificada, y concuerda con dichos Inſtrumentos, los quales le manifeſtò, y preſentò Don Ignacio de Vvhyt, Varon de Vvhyt, Cavallero Noble de el Reyno de Irlanda, Gefe, y Cabeza de ſu Caſa, y tambien como Eduardo Vvalker, Cavallero del Toyſon, nombrado Gartero, principal Rey de Armas de Inglaterra, que diò ſu certificacion, y comprobacion en primero de Abril del año de mil ſeiſcientos y ſetenta y vno, todo lo que en ella expreſſa, afiança, y certifica, es aſsi cierto, y verdadero, como aſsi lo es lo que ſobre eſtas familias deponen, y juſtifican Daniel Speed, y Candeno, con otros muchos Chroniſtas del Reyno de Inglaterra, è Irlanda; que todo ello he juſtificado por mi Archivo, y por las minutas originales, que dexò eſcritas en el Reyno de Inglaterra, Irlanda, y Eſcocia (recopilando varios Autores) y entre ellos el Licenciado Juan de Aguirre, mi padre, y anteceſſor Don Joſeph Alphonſo de Guerra y Villegas, Cavallero de la Orden de Santiago, Chroniſta, y Rey de Armas principal, y mas antiguo de las Mageſtades Catholicas del ſeñor D. Carlos ſegundo, y D. Phelipe Quinto nueſtro ſeñor, por las quales conſta lo miſmo que los dichos Reyes de Armas, y Croniſtas yà citados dexan expreſſado, y que yo de nuevo certifico ſer las expreſſadas, como lo ſon las dichas

Doña Antonia, Doña catalina, Doña Vnifreda, Doña Maria, y Doña Tereſa de Vvhyt, y ſus hijos de eſta Caſa, que ſon de la primera Nobleza de Irlanda, ſiendo de eſta miſma Familia, y Caſa Euſtaquio Vit, que padeciò martyrio en el año de mil quinientos y noventa y vno, y en el de mil ſeiſcientos y cinquenta y vno el Padre Pedro Vvhyt, que llamaron Vrit, de la Compañia de Jeſvs, , Natural de Esliptonio, de la Provincia de Northontonia, que fue martyrizado en Londres, ſiendo de edad de quarenta y ſeis años. Eſta es la iluſtriſsima Familia de Vvhyt, de adonde provienen las expreſſadas cinco hermanas, y ſus hijos, que por ſer de tan iluſtre Familia, como tales pueden ocurrir en qualeſquier Actos, Capitulos, y ocurrencias de Nobleza, por ſerlo de la mas acriſolada; y por tenerlo aſsi juſtificado, y en la manera que lo embeſtigò el dicho Don Juan de Hervart en el año de mil ſeiſcientos y ſetenta y ſiete, yo lo executo, y doy eſta mi certificacion de pedimento de las referidas cinco hermanas, la qual firmo de mi mano, y ſello con el ſello de mis Armas en eſta Imperial, y Coronada Villa de Madrid en quatro dias del mes de Enero de mil ſetecientos y veinte y quatro años.




D. Alphonso Guerra y Sandoval.

LOS Eſcrivanos de el Numero de eſta Imperial, y Coronada Villa de Madrid, que aqui

ſig-

ſignamos ; y firmamos ; certificamos, y damos fee, que Don Juan Alphonſo de Guerra y Sandoval, Cavallero Profeſſo de el Orden de Santiago, de quien và firmado el Conjunto de Inſtrumentos antecedentes, los quales certifica, es Chroniſta Mayor de la Sacra Orden de San Juan, Rey de Armas, y Chroniſta de ſu Mageſtad, en todos ſus Reynos, Señorìos, y Dominios, como ſe intitula, y como tal vſa, y exerce dichos ſus empleos, y à todos los Deſpachos, Blaſones, Certificaciones, y Genealogias, que ha hecho, y haze, ſiempre ſe les ha dado, y dà entera fee, y credito: Y para que conſte conde convenga, lo firmamos en eſta dicha Villa de Madrid en ſiete de Enero de mil ſetecientos y veiute y quatro años. En teſtimonio ✠ de Verdad. Juan Arroyo de Arellano. En teſtimonio ✠ de Verdad. Alphonſo Jacinto Vezino. En teſtimonio ✠ de Verdad. Pedro Paſqual de Flores. Don Martin Marcelino de Vergara, Secretario del Rey nueſtro ſeñor, y Mayor del Ayuntamiento de eſta Coronada Villa de Madrd, certifico, que Don Juan Alphonſo de Guerra y Sandoval, Cavallero Profeſſo del Orden de Santiago, de quien vàn certificados, y firmados los Blaſones, è Inſtrumentos antecedentes, es Chroniſta Mayor de la Sacra Orden de San Juan ; Rey de Armas, y Chroniſta del Rey nueſtro ſeñor en todos ſus Reynos, Señorìos, y Dominios, como ſe intitula ; y como tal vſa, y exerce dichos ſns empleos ; y à todos ſus Deſpachos, Blaſones, y Genealogias que ha hecho, y haze, ſiempre ſe les ha dado, y dà entera fee, y credito. Y aſsimiſmo certifico, que Juan Arroyo de Arellano, Alphonſo Jacinto Vezino, y Pedro Paſqual de Flores, que le comprueban, todos tres ſon Eſcrivanos del Numero de eſta Villa, fieles, legales, y de toda confiança ; y como tales vſan, y exercen dichos ſus Oficios ; y

à las Eſcrituras, Autos, y demàs Inſtrumentos, que ante ellos han paſſado, y paſſan, ſiempre ſe les ha dado, y dà entera fee, y credito, en juizio, y fuera de èl. Y, para que aſsi conſte doy la preſente firmada de mi mano, y ſellada con el Sello de eſta Villa, en ella en ſiete de Enero de mil ſetecientos y veinte y quatro.

PAPEL[ES]
Varios
T. LI.

T-4918